Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Joachim Schoepffer Cornelius Verdunck

Dissertatio Iuridica Inauguralis De Necessitate Consensus Paterni, In Nuptiis Liberorum

Rostochi[i]: Wepplingius, 1698

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741716933

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. April.1698
Schoepffer, Joh. Joach.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741716933/phys_0001
DFG

J. N. J.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE NECESSITATE CONSENSUS PATERNI, IN NUPTIIS LIBERORUM,

QVAM

FAVENTE DIVINI NOMINIS GRATIA,
AUTORITATE ET CONSENSU
INCLYTI JCTORUM ORDINIS, IN ILLUSTRI
ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE

CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO ATq; EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNE JOACHIMO SCHOEPFFERO,

J. U. D. CODICIS PROFESS. DUCALI, COMITE PALATINO
CÆSAR. CONSISTOR. DUCAL. ASSESSORE, AC HODIE FACULTATIS SUÆ PRO-DECANO.

DN. PATRONO, HOSPITE, AC STUDIORUM PROMOTORE, OMNI HONORIS ET OBSEQVII CULTU DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SUMMOS, IN UTROQVE JURE, HONORES ET PRIVILEGIA
RITE CAPESSENDI
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT

CORNELIUS VERDUNCK Hamb.

AD DIEM APRIL. 1698 HORIS LOCO & CONSVETIS.

Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

PRÆFATIO.

COnjugiũ q. asi seminarium reip. & principium urbis appellat differt. JCtorum *Lib.* 1. *d. Off.* Nec immerito; nam ex prima hac Conjugum societate liberi procreantur, ex liberis familiæ coalescunt, ex familiis civitates, ac respublicæ exsurgunt. Natura enim nos docuit generare ac procreare aliqvid nobis simile, ut immortalitatem, qvam in individuo non possumus, in specie saltem consequamur, *cum per matrimonium Immortalitas artificiose introducatur, & ex filiorum procreatione renovata maneant genera*, ut verbis Justiniani utar Nov. 22 *præf.* unus qvisqve qvippe liberos relinqvens, in suis qvasi renascitur liberis, Plato *Lib.* 4. *de Legib.* Maximè ergo interest reip. homines allici ad matrimonia secum ineunda *l.* 1. *ff. solut. matr.* qvo ex iis procreentur, qvi pacis tempore terram colant, exerceant navigationes, artes & operatractent, belli tempore rempublicam tueantur ac defendant.

Nec respublicæ tantum conjugiis conservantur, sed & Ecclesiæ, ut illud Ciceronis huc transferre liceat: Conjugium nominando qvasi seminarium & principium ecclesiæ Christi; uti enim qvisq; pater familias in sua domo qvodammodo Rex est, simili modo & supremus est sacerdos, familiam suam in rebus divinis instituendo, primaq; pietatis Principia inculcando. *Arg. Gen.* 18. *v.* 19. Cũ ergo ex hoc principio Ecclesiasticus pariter ac secularis status sua capiat incrementa, non potest non reipubl. ac Ecclesiæ maximè interesse, neqvis in consortiũ hoc conjugale irruat

ruat, ſpem parentum ac poſterorum dolosis perſvaſionibus ac machinis, invitis vel inſciis parentibus, ſubducat, poteſtatem, jure naturæ, in liberos, fundatam, ſine eorum culpa evertat, reverentiam genitoribus debitam ſpernat, & ſacram non minus ac politicam ordinationem tranſgrediatur. Ex tali enim conjugio, qvod ſine conſenſu & benedictione parentum contrahitur, nil niſi perverſa, ac ſeminarium malevolorũ eccleſia ac reſpubl. ſperare poteſt, cum hoc non Deus, ſed Diabolus omnis mali autor, conjunxerit. Suâ ergo mactandæ ſunt laude conſtitutiones, qvæ omnem clandeſtinam ac impiam conjunctionem, invitis parentibus, iisve inſciis initam, reſcindunt ac nullam plane declarant. Eqvidem conjunctio maris atqve fœminæ fœtum procreandi cauſa, communis eſt hominibus cum brutis, ſed conjunctio viri & fœminæ, ſecundum formam ac præſcriptum legum facta, qvæ matrimonium dicitur, propria eſt hominum ratione præditorum, hinc decora & rite compoſitæ inter homines ſit ſocietas, qvo ex puriori fonte rivuli in rempubl. atq; eccleſiam deriventur, adeoq; haud immerito inter ſaluberrimas, dulciſſimæ Patriæ, reipubl. Hamburgenſis, leges, edictum *d. Anno* 1676. *d.* 1. *Octobr.* eminere dixerim, QVO OMNES CLANDESTINÆ DESPONSATIONES, CONJUNCTIONES AC COPULATIONES, SINE PARENTUM CONSENSU INITÆ, RESCINDUNTUR AC NULLÆ DECLARANTUR. Qvâ ſaluberrimâ conſtitutione, jura parentum, in nuptias liberorum de jure naturali, gentium, civili ac Canonico competentia firmantur, illuſtrantur, atq; contra malevolos legum obtrectatores ac calumniatores, defenduntur. Verum cum in hoc themate nec Theologi, nec Juriſconſulti, nec juris Naturæ, nec juris civilis, nec Canonici Doctores conſpirent, dignum viſum eſt, ut loco ſolennis Diſputationis diſcuteretur. DEUM AUTEM TER OPTIM. TERq; MAXIMUM flagrantiſſimis invoco precibus, ut mihi ex filiali amore ac reverentia, parentum jura, in hac materia, defendenti, gratiâ Spiritus ſancti aſſiſtat, qvo cœpta, ex voto, exeqvar.

CAP. I.

CAPUT I.
DE
NECESSITATE CONSENSUS
PATERNI, IN NUPTIIS
LIBERORUM.

Consensus Parentum, in nuptiis liberorum, omni jure desideratur etiam de jure naturæ n. 1.
Non tantum de honestate 2. seqq.
Sed etiam de necessitate, si liberi adhuc sint in sacris paternis n. 5 seqq.
Cum jure naturæ conspirat jus Gentium. n. 8.
Et divinum n. 9. seqq.
Idem consensus, jure Canonico, in Decreto, ex necessitate, desideratur. n. 12 seq.
Ut & in decretalibus n. 14.
Licet multi variè dissent. n. 15.
Jure civili Romano, omnium parentum consensus, de honestate, desideratur. n. 16.
Illorum verò parentum, qui liberos in potestate habent, consensus ex necessitate desideratur. n. 17.
Adeo ut Jussus præcedere debeat n. 18.
Nec sufficiat ratihabitio, nisi à tempore intervenientis ratihabitionis. n. 19.
Dissent. refutantur. n. 20.
Quid hodiè circa ratihabitionem juris. n. 21
Dicta confirmantur ordinat. Consistorialis Mecklenb. n. 22.
Rescript. El. Sax. n. 23.
Statuto Hamburg. n. 24.
Omnes liberi, in potestate constituti parentum consensum expetere debent. n. 25.
Cujuscunque fuerint dignitatis etiam filii Principes n. 26.
Except. in milite n. 27.
Et eo, qui per dignitatem liberatur à patriæ potestate. n. 28.
An Major 25. annis consensu paterno indigeat? n. 29.
An emancipati? n. 30.
Quid si filia emancipata sit minorennis? n. 31.
Patris desideratur consensus, licet sit impius 32 seq.
Quid si furiosus? n. 34.
Ab hoste captus? n. 35.
Absens? n. 36 seq.
Matris consensus jure Rom. necessario non desideratur. n. 38.
Licet filia sit minorennis. n. 39.
Nec avi. n. 40.

Nisi nepotes habeat in potestate n.41.
An hoc casu solius avi consensus sufficiat? n.42.seq.
Nec aviæ expectatur consensus n.44.
Nec fratrum, vel cognatorum n.45.
Nec curatorum. n.46.
Nec Magistratus vel principis. 47.
Quorum parentum consensus jure naturæ, desideretur necessario, ad nuptias liberorum. 48.seq.
Quid hodie juris? n.52.seq.
An Principum consensus hodiè desideretur? n.55.seq.

1. PArentum consensus, in nuptiis liberorum contrahendis, omni jure, necessarius est Eckolt. *ad ff. tit. d. Nupt. §.4.* Dn. Haberkorn. *Dec.128.* etiam jure naturali per illustr. Dn. de Rhetz. *in Instit. jur. publ. Lib.1. Tit. 21. §. 2.* Cothman. *V.1. Resp. 1.n.41 seq.* Arnisæus *in Doctrin. polit. cap.3.§. Liberarem vero. Et de Conjug. cap.3.sect.10.n.9.* Richter. *ad Auth. E contra C. d. Repud. n.2. seq.* Carpz. *d. Jur. fœm. singul. Dec. 1. posit.8.n.13.* Recta enim ratio svadet *pr. J. d. nupt.* imo præ-
2. cipit, ut parentibus pareamus *l. Veluti 2. ff. d. J. & J.* omnemq; servemus reverentiam *l. Congruentius 4. C. d. patr. potest. l. Parentes 6. ff. d. in jus voc.* Cum naturali ratione hujusmodi personis honor debeatur L.2. *C. eod.* omnisq; pietas *l. Nullum 10. ff. de obseq. parent.* utpote qvorum persona liberis semper honesta & sancta esse debet *l.9. ff. eod.* Reverentia vero atqve honor parentibus salvus esse neqvit, si liberi parentum, qvi tot labores, curas, molestias ac sollicitudines, nocte ac die, in liberorum salutem sustinuerunt, in nuptiis, ceu re, inter humanas, gravissima, negligant consentum, sed gravissima afficiuntur injuria parentes, si liberi, in nuptiis ineundis, parentum benedictionem & approbationem floccipendat, ut recte Maria Medicea, Regina Angliæ, apud Gramond. *Lib.3. Histor. fol.230.* conqveritur, cum filia Christina cum Principe Pedimontano sponsalia, sine ejus consensu, contraxisset, ibi: *Nihil esse contemtu atrotius, maximè, cum qui reverentiam debet, contemnit.* Omnis vero parentum, contemtus, juri adversatur naturæ. Cum natu-

ræ

ræ religio flagitet, ut liberi parentibus debitum præstent obsequium, ut loquitur Imperator Constantinus in *l. Liberi 28. C. d. in offic. testam.* Ex sacris huc referri posset exemplum impii Esavi *Gen. 26 vers. 34. 35.* junct. *cap. 27. vers. 46. & cap. seq. 28.*

Et in eo omnes conspirant, qvod liberi *ex reverentia* 3.
parentibus debita, obligati sint, jure naturæ, parentum expetere consensum vid. Imper. Carol. V. in der Käyserl. Erklährung wegen der Religion zu Augspurg Anno 1548. Tit. 21. von Sacrament der Ehe ibi: Weil wir aber der Ehrbahrkeit gemäß achten/ daß die Kinder sich nicht Verheyrahten sollen/ Ohne Rath/ und Bewilligung ihrer Eltern. Bellarm. *de matrim. cap. 19. propos. 3* Sed &, ex *necessitate*, jus naturæ liberos, qvamdiu sunt in sacris paternis, constringit, ac iis necessitatem absolutam imponit, ut parentum, si possint, adhibeant consensum; Natura enim liberos, subjecit illis, à qvibus liberi vivendi initium, si à Deo discedas, acceperunt, juxta Aristot. *8. Et hic.* ibi: *naturâ patrem filiorum imperium habere*, ut liberi non suo, sed parentum arbitrio vivere cogantur. Qvicunqve vero sui potestatem non habet, per 4.
naturam, aliis sui copiam facere neqvit. Arnisæus *doctr. polit. cap. 2. §. Libertatem.* Nec velle potest, qvi obsequitur imperio patris *l. Velle 4. ff. d. d. R. J.* Nec jus naturæ permittit, ut alicui jus semel perfectè qvæsitum, ei invito extorqveatur, sine suo delicto vel culpa *l. Sireus 62. ff. d. pact.* ergo nec patri invito jus à liberis extorqveri potest *l. Nec avus 4. C. d. Emancip.* Pater autem suo privaretur jure, si filio licitum esset, invito patre, aliam personam extraneam, in familiam patris inferre, hæc ergo persona, invito patre â filio inducta, expellenda, cum nemo invitus cum aliqvo communionem, vel communem familiam inire cogatur *arg. l. 2. ff. d. Obl. & act.* cum societas consensu contrahatur *socius vero mihi esse non potest, qvem ego socium esse nolui* sunt verba *l. Qvi admittitur 15. ff. Pro soc.* filia autem nubendo, patri invito jus suum aufert, dum transit in aliam familiam, est enim familiæ suæ & caput & finis *l. Pronunciatio 195. §. 5. ff.* 5.
d. V. S. Imo nihil iniquius fingi vel excogitari posse videtur, qvam

filiam

filiam patri e suis Laribus & domiciliis abduci, invito & repugnanti; vel filium familias, qvi in patris domo habitat, mulierem, ante oculos, vel in domum patris inviti & dissentientis introduce-
6. re, ut loqvitur Cypræus *d. Connub. jure cap. 6. n. 4. in fin.* Nec est, qvod objicias, patriam potestatem jure naturæ tantum eousq; se extendere, ut liberi educentur, ac gubernentur, donec ipsi rebus suis commode possint prospicere Dn. Puffendorf. *d. J. Nat. & Gent. Lib. 6. cap. 2. §. 14.* Negamus enim hanc consequentiam, plures enim effectus sunt patriæ potestatis, etiam de jure naturæ, qvam educatio, hæc enim alimentorum subministratio cessat, si filius sibi ipsi prospicere possit. vid. *l. si quis 5. §. 7.*
7. *d. agnosc. & alend. lib.* Potestas vero patria, qvæ jure naturæ in filium competit, ex eo non cessat, qvod pater ab alimentis subministrandis liberetur vid. Carpz. *part. 2. C. 10. def. 7. n. 7. seq.* In eo enim differunt homines & bruta, hæc qvam primum se alere possunt, omnem respectum erga genitores deponunt; non homines, qvi rectâ ratione pollent, hi enim tamdiu in parentum, naturali jure, qvæsita potestate manent, donec legitimè hæc potestas fuerit soluta.

8. Conspirat moratiorum Gentium usus, Cyrus enim absqve parentum consensu, matrimonium inire noluit, apud Xenophont. L. *8. Cyroped.* Euripid. in Andromache Hermione *ibi*: *Disponsationis quidem meæ, pater meus curam habebit, & non est meum statuere hoc* Qvæ verba, in *Can. Honorantur. 13. C. 32. qu. 2.* referuntur, ac confirmantur. Huc trahe illud Catulli:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
Tertia pars matri data, pars data tertia Patri,
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus.

Et Achilles apud Homerum *lib. 9. Iliad.* Uxorem, sine patris consensu, ducere denegat, dum inqvit.

Si enim jam me servent Dii, & domum perveniam,
Peleus (pater) mihi tunc uxorem desponsabit ipse,

Vid. plur. Harprecht. *ad pr. Inst. d. Nupt. n. 51. ibique all.* Gellium *Lib. 2. Noct. Artic. cap. 7.* Cothmann *Vol. 1. Resp 1. n. 58. seqq.* Joh. Adam Scherzer in *System. Theol. Loc. 27. §. 9. fol. 791.*

Jus

Jus Naturæ & Gentium confirmat sacra pagina, ut ut enim 9.
expressus textus, qvantum ego qvidem recordor, non exter, qvi liberis absolutam necessitatem imponat, non, nisi consensu parentum, nuptias ineundi, plures tamen extant textus, ex qvibus, per legitimam consequentiam, ejusmodi necessitas probari potest, liberi enim in omnibus obedire jubentur parentibus *Coloss. 3. vers. 20.* Et parentibus præscribuntur mandata, de liberis elocandis *Exod. cap. 34. v. 16.* ibi: und nehmest deinen Söhnen ihre Töchter zu Weibern. *Deut. cap. 7. vers. 3.* ibi. eure Töchter solstu nicht geben ihren Söhnen/ und ihre Töchter solt ihr nicht nehmen euren Söhnen. Conspirat. *Jerem. cap. 29. vers. 6.* Ex novo testamento idem probat Paulus. 1. *ad Corinth. 7. vers. 36. & 37.* Si vero parentum est nuptias liberorum inire, non potest non sequi: ergo sine consensu parentum nuptiæ iniri non possunt Schertzer. *Loc. 27. d. Conjug. §. 9. pag. mihi 790.* Et liberis potius præcipiendum fuisset, 10.
ne cum peregrinis se commiscerent, qvam parentibus, ne liberis suis ejusmodi matrimonia concedant, si parentes, jure, liberos suos prohibere non potuissent. Meier. *in Coll. Arg. d. R. N. th. 5. ibiq; alleg.* Accedit patrem in sacris, habere potestatem, matrimonium, qvod necessariò cum filia sua contrahendum erat, dissolvendi *Exod. 22. vers. 17.* Nec votum liberorum valet, sine consensu parentum, qvam diu liberi in domo sunt patris, h.e. qvam diu ex potestate, à parentibus non sunt dimissi Numer. c. 30. *vers. 4. seq.* Nec satisfacit huic dubio responsio Dn. Ziegler. *ad Grot. L. 2. c. 5. n. 10. ad verba: solum autem reverentiæ*, qvod contractus matrimonialis, non sit purè electitius, ut est susceptio voti; sed naturalis qvoad speciem, electitius autem solum, qvoad determinationem individui. Qvia Deus non tantum actus electitios, sed & naturales tales, qvalis est matrimonium, parentum subjecit arbitrio, *Exod 22. vers. 17. Deut. 7. vers. 3.* Hinc nulla distinctio fingenda, qvæ in ipsis textib. sacris fundata non est, sed idem Deus, qvi parentibus potestatem dedit improbandi vota liberorum, idem qvoqve matrimonia liberorum, parentum subjecit arbitrio. Sicuti enim votum filiæ non valet, qvod DEO factum est, qvanto minus rata esse debet promissio homini fa-

cta, contra Leges divinas & humanas Cothmann. *V. 1. Resp. 1. n. 777.* Schertzer. *d. l. pag. 790.*

II. Qvod Exempla in populo Judaico confirmant. Abraham ablegat Eleazarum ad conciliandas filio Isaaco nuptias *Gen. 24. v. 3.* Isaaco Rebecca desponsatur à patre Bethuel *Gen. 24. v. 50. seq.* facta vero desponsatione, Rebeccæ expressus consensus exigebatur *d. cap. vers. 58.* Isaac Jacobum, ut uxorem de filiabus Laban ducat, in Mesopotamiam mittit *Gen. 28. vers. 1.* & Laban Jacobo desponsat filiam suam *Gen. 29. vers. 19. & 27.* Calebi filia à patre desponsatur Josuæ *cap. 15. v. 16.* Epzan. triginta filiis suis uxores, & totidem filiabus maritos dedit Judic. *cap. 12. v. 9.* Simson à parentibus petit, ut sibi detur uxor, Judic. 14. v. 3. Aliud exemplum vid. Judic. *c. 21. v. 1.* add. Syracid. *cap. 7. vers. 27.* Et in eo, quod ad nuptias ineundas parentum consensus, de necessitate reqviratur, nobiscum consentiunt Schertzerus *System. theol. Loc. 27. d. Conjugio §. 9.* Joh. Andr. Qvensted. *in System. Theol. part. 4. cap. 14. d. Conjug. sect. 2. qu. 1.* Brochman. *in System. Tom. 2. artic. de sponsal. 25. cap. 2. sect. 4.* aliiq; ab his allegati. Ex JCtis eidem favent opinioni Harp. *ad pr. J. d. Nupt. n. 46. seq.* Cothman. V. 1. *Cons. 1. n. 1. seqq.* Cypræus *de sponsal. cap. 6. §. 6.* Carpz. L. 2. *Jurisp. Consist. def. 39. n. 11.* & ab his alleg. Dissentiunt verò multi ex Romano Catholicis, qvi consensum parentum, jure divino, de honestate, non vero de necessitate, desiderant. Bellarmin. *Lib. 1. d. matrim. cap. 19.* Gonzal. Tellez. *ad cap. 1. X. de sponsi. impub. n. 5.* ibiq; alleg. Costanus *Lib. 1. qq. cap. 12.* Concius. *Lib. 1. successiv. cap 4.* Ant. Faber. *in Jurisprud. princip. 4. in princip.*

12. Jus Canonicum nostram qvoqve fovere sententiam deprehendimus, qvod ex Decreto probat. *can. 3. C. 30. qu. 5.* ibi. *sponsalia fiant consensu eorum, qui hæc contrahunt. & NB. eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur* & C. *honorantur 32. qu. 2.* ibi: *Non enim, est virginalis pudoris eligere maritum, unde illud Euripideum: sponsaliorum meorum pater meus curam habet. Hoc enim non est meum.* Idem confirmat. *c. fin. C. 32. qu. 2. & Sufficiat. 2. C. 27. qu. 2.* Qui canones non de honestate, sed necessitate intelligendi sunt, qvia consensus in nuptiis desideratur, *secundum leges d. c. sufficiat*; secundum leges vero legitimum non est matrimonium, sine consensu parentum *l. 2. ff. d. R. N. §. 12. l. eod.* Id qvod *can. Non omnis*

13. 12. C.

12. C. 32. qv. 2. clarè comprobatū fuit, in qvo, in vetustioribus exemplaribus extabant verba: *paternus consensus desideratur in nuptiis, nec sine eo legitimæ nuptiæ habentur*, *vid. not. ad d. can.* 12. & Harpr. *ad pr. J. de Nupt. n.* 99. Et Cypreū *de sponsal. cap.* 6. §. 6 *n.* 3. qvi dicta verba, ex allegato *canon. Non omnis* 12. recitant. Verum cum hæc verba ad palatum Romano-Catholicorum non essent, in recentioribus editionibus omissa sunt.

Ejusdem opinionis videtur esse innocentius III. in *cap. Tuæ fraternitati* 25. *X. d. sponsal.* ibi: *legitimus* viri & mulieris consensus desideratur ad nuptias, legitimus autem non est consensus, nisi qvoq; consentiant in qvorū potestate sunt liberi *pr. J. d. Nupt.* Cujus si dubium supersit, eximet Clemens III *in cap. Videtur nobis* 3. *X. qvi matrimonium actus. poss.* ibi: *in nuptiis maximè parentes admittantur, ita ut si non interfuerint & consensum non adhibuerint*, NB. *secundum leges nullum fiat matrimonium*, qvibus verbis non tantum leges Romanæ, qvæ consensum parentum, in qvorum potestate sunt liberi, in nuptiis liberorum pro forma desiderant, confirmantur, sed etiam matrimonium, si de facto, ut loqvuntur, initum sit, nullum declaratur. Consentit Cypræus *d. sponsal. cap.* 6. §. 6. *n.* 3. Mejer. *in Coll. Arg. d. R. N. th.* 5. Harprecht. *ad pr. J. d. Nupt. n.* 98. *seqq.* Riemer. *Decad.* 2. *qv.* 4. Arum. *Exerc.* 2. *th.* 9. Ungepaur. *Exerc. Justin.* 3 *qv.* 6. *in Nego.* Gerhard. *Exerc. Just. Dec.* 2. *qv.* 3. Cœppen, *in Usu pract. Instit. Lib.* 1. *Obs.* 29. *n.* 36 Eckolt. *ad ff. tit. d. Nupt.* §. 4. Bocer. *class. act.* 1. *disp.* 9. *n.* 8. Cothman. *V.* 1. *Resp.* 1. *n.* 152. Divortium vero à nostra faciunt sententia Gail. *L.* 2. *Obs.* 93. *n.* 3. qvi statuit: *parentum consensum in nuptiis liberorū non esse necessarium de jure canonico.* Nicol. Everhard. Jun. V. 1. *Cons.* 40. *n.* 20. ibi: *Nec requiritur in tali matrimonio consensus patris, juxta Constitutiones juris Canonici, imo potest filia, etiam invito patre matrimonium contrahere.* Hahn *ad W. tit. d. R. N. n.* 4. *ad ob. Horum enim.* Didac. Covarruv. *de Matrim. sec. part. tom.* 1. *cap.* 3. §. 8 *n.* 1. ibi: Constat deniqve, ad matrimonium esse necessarium consensum liberum illius, qvi contrahit, *ita ut ne patris consensus requirendus racisè sit.* Et in seq. distingv. inter honestatem & necessitatem. Gonzalez Telletz. *ad cap.* 1. *X. de despon. Impub. n.* 10. ibi: *sed constans & verissima sententia est existimantium attento jure Pontificio, non solum novo ve-*

rum & antiqvo, matrimonia ſolo contrahentium conſenſu celebrata valere, nec unqvam parentum conſenſum fuiſſe neceſſarium ad eorum ſubſtantiam, & valorem. Et hæc longa ſerie alleg. Sanch. *d. Matrim. Lib. 4. Diſp. 22.* Paſchalis. *d. virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 5. n. 19. ſeq.* Viv. *Dec. Neapol. 523. n. 3.* Menoch. *d. A. J. Q. caſ. 413. n. 8.* Sichard. *ad l. 4. C. d. ſponſal. n. 6.* Joach. Burger. *in not. ad Sande dec. L. 2. T. 1. Def. 2 in fin.* Et Bachov. qvi qvondã orthodoxus, poſtea heterodoxus impudica fronte & manu *in not. ad W. n. 3 ad vb. filio filiave* ſcribit: *At memini ex Cap. citatis à neotericis hæreticis induci, ad probandũ, qvod conſenſus patris ſit eſſentialis* adde Concil. Trident. *ſeſſ. 24. d. Reform. Matr. cap. 1.*

16. Tranſeamus nunc ad jus civile Romanum, in qvo, ex honeſtate, omnium parentum deſideratur conſenſus *arg. l. 1. l. 9. l. 10. ff. d. obſeq. parent.* Nicol. Everhard. Jun. *V. 1. Conſ. 40. n. 20.* Pietas enim parentibus, etſi inæqvalis eſt eorum poteſtas, æqva debetur, ut piè loqvitur Ulpian in *l. Furioſæ 4. ff. d. Curat. furioſ.* Illorum vero parentum, qvi liberos in poteſtate ſua habent conſenſus, de neceſſitate deſideratur, ut docet Paulus *l. Nuptiæ 2.* ibi. *nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant illi, qvorum in poteſtate ſunt ff. d. R. N. l. Dotis promiſſio 68. ff. de jur. dot. l. Si Nuptiis 2. L. Nec filium C. d. Nupt.* ibi: *obſervatis juris præceptis, ſociare conjugio tuo qvam volueris non impedieris, ita tamen ut contrahendis nuptiis patris tui conſenſus accedat.* Nec talis pater, qvi nuptias, ſine con-

17. ſenſu parentis, in cujus poteſtate fuit, contraxit, liberos procreatos in ſua habet poteſtate *l. Paulus 11. ff. d. Stat. homin.* Sed ſpurii, & qvaſi ſine patre nati, cenſentur *§. ſi adverſus 12. J. d. Nupt.* Imo jure Romano, nuptiæ inter easdem perſonas olim jam contractæ, ſed diſſolutæ, ſine voluntate parentũ renovari non poſſunt *l. Nuptiæ 18. ff. d. R. N.* ſed ceſſante patris voluntate, minus legitima conjunctio dicitur *l. Si ut proponis 7. C. d. Nupt. d. l. 18. d. R. N.* Sed & ad diſſolutionem nuptiarum patris reqviritur conſenſus. *Auth. E. contra C. d. Repud.* ibi: *Sicuti in contrahendo matrimonio, ſonſenſus parentum exigitur, ita & in diſſolvendo.*

18. In tantum autem juſſus patris in nuptiis liberõrum neceſſarius eſt, ut juſſus parentis præcedere debeat *pr. J. d. Nupt.* ita tamen, ut vel in ipſo negotio intervenire poſſit. Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n. 111.* Juſſus enim præcedens excludit ſubſeqventem, non con-

curren-

currente, sive expressum, sive tacitum Majer. *in Comm. Inst. tit. d. Nupt.* pag. 177. ab eo quoque tempore, quo consensus sequitur nuptias, legitimæ fiunt *l. 5. C. d. Nupt.* Aſt non retotrahitur ratihabitio subsequens, ut matrimonium, sine patris consensu contractum, ab initio convalescat *l. 68. ff. d. Jur. dot. l. 13. pr. ff. de bis qui not. inf.* adeo ut vivo avo, non consentiente, conceptus, non sit legitimus, licet natus sit, avo jam mortuo *l. Paulus 11. ff. de stat. hom.* Nec maritus uxorem accusare possit de adulterio, quod, ante patris ratihabitionem, admisit *l. si uxor 13. §. 6. ff. ad L. Jul. d. adult.* quia à tempore ratihabitionis paternæ demum legitima uxor habetur. 19.

Contrarium pluribus equidem adstruere conantur celeberr. Huber. *posit. juris ad Inst. tit. de Nupt. §. 16. 17. 18. 19.* Joach. Burger. *in not. ad Sande Dec. Gel. Lib. 2. Tit. 1. def. 2. & 3.* Marc. Lycklama *Membranar. Lib. 7. Eclog. 18.* Brunnem. *ad l. 5. C. d. Nupt. n. 9.* Herold. *d. Ratificatione c. 3. sect. 1. pag. m. 74. n. 73. seqq.* Schneidvvin. *ad Inst. tit. d. Nupt. part. 2. n. 30.* Sed textus ab his allegati non loqvuntur de nostro casu, argumentum enim à communi ratihabitione, in nostro casu non stringit, qvia hic consensus præcedens, vel in ipso actu concurrens, pro forma, desideratur, & ratihabitionis communis effectus, in nostro casu, sublatus est *l. 13. §. 6. ff. ad L. Jul. d. Adult.* add. *l. 65. §. 1. ff. d. R. N. l. 6. C. d. Nupt.* Schwend. *ad Eck. tit. d. Nupt. §. 4. ad vb. Ratihabitione* Hillig. *ad Don. Lib. 13. cap. 20. lit. L.* Hunn. *Res. L. 1. Tr. 3. qv. 19.* Hahn. *ad W. tit d. R. N. n. 4. ad vb. Horum enim* Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n. 111. multis seqq.* Riemer. *Decad. 2. qv. 4.* In praxi tamen magis recepta Doctorum opinio, qvod hodiè favore liberorum ratihabitio retrotrahatur, & liberos ante natos legitimos efficiat. Huber. *d. l. §. 16.* Ernest. Theophil. Majer. *in Comm. Instit. tit. d. Nupt. pag. m. 177.* Brunn. *ad l. 11. ff. d. stat. homin. n. 2.* Schilt. *in prax. jur. Germ. Disp. 3. th. 12.* Excell. Dn. Præses *in Synopf. juris privat. tit. d. Sponsal. n. 17.* Frantz. *Exerc. 2. qv. 5. in fin.* Siqvidem & illud extra controversiam, qvod liberi post ratihabitionem nati, etiam de jure Romano, fiant legitimi Schwendend. *ad Eckolt. tit. d. Nupt. §. 4. ad vb. ratihabitione.* 20. 21.

Dicta apprimè confirmantur in Ordin. Consistor. Mecklenburgicâ sub Rr. Von Ehegelübden ohne Verwilligung der Eltern *ibi:* Nach dem das Göttliche/Natürliche/und Käyserliche 22.

Rechte/ auch die Vernunfft/ und Bürgerl: Erbahrkeit/ und Exempel der Heyl. Väter/ bey welchen beyde Recht/ und Gewohnheit gewesen/ das die Eltern ihre Kinder aus Väterlicher Obrigkeit / verehliget haben/ ausweisen / daß sich die Kinder mit ihrer Eltern Vorwissen und NB. Bewilligung/ in den Heil Ehstand begeben sollen/ so sollen unsers *Consistorii* verordnete *Commissarii* alle Ehe-Verpflichtung und Verlöbnüß/ da sich junge Leute einander ohne Vorbewust/ und Bewilligung ihrer Eltern versprochen haben/ für Unkräfftig und Unbündig erkennen/ qvod denuo confirmatum In der Mecklenb. Policey. und Landes Ordnung Rr. von heimlichen Verlöbnüssen ibi: Nach dem die Heil: Ehe/ und Verlöbnüssen/ ohne Vorwissen der Eltern NB. In Göttlichen und Käyserl Rechten verboten/ daß sie sich solcher heimlichen Verlöbnüssen/ so ohne Vorwissen beyderseits Eltern/ oder ihrer Vormunder/ geschehen gäntzlich enthalten.

23. Idem inculcat Consistorium supremum Dresdense in rescripto d die 3. Septemb. 1638. ibi: Dennoch aber und dieweil der leiblichen Eltern Consens/ und Einwilligung nicht nur de honestate/ sondern auch Natürlicher/ Göttlicher und Weltlicher Rechte und Verordnung nach/ de necessitate zu der Kinder Verehligung erfodert wird/ so kann auch in diesen Fall der Vater/ wieder seinen Willen zu mehr berührten Consens nicht genöhtiget noch die vorhabende Ehe zu Werck gerichtet werden Carpz. *L. 2. Def. 39. n. 11.*

24. Qvibus ex infinitis Protestantium elegantissimis Constitutionibus, jungo statutum Hamburgense *Part. 2 Tit. XI. art. 2.* ibi: Weil Vermüge Göttlicher/ Natürlicher und Weltlicher Rechte der Eltern Belieben und Vollvordt zu der Kinder Eyenörig/ so seyn auch die Kinder der Eltern consens aus schuldigen Gehorsahm zu erfodern Pflichtig und Verbunden. BX

Ex dictis dilucide apparet, qvod liberi consensum pa- 25.
rentum, de jure naturali, divino & civili, ad nuptias contrahendas, expetere teneantur; cujuscunqve fuerint dignitatis, modo subsint parentum potestati. Filii enim famil. licet Principes 26.
sint, obligati sunt, ad nuptias in eundas, patris adhibere consensum Illustr. Dn. de Rhetz. *in Instit. jur. publ. Lib. 1. Tit.* 21. §. 2. qvia principibus Imperii jus patriæ potestatis, in liberos suos, adhuc hodiè illibatum est, cum Carol V. Imperator Electorem Saxoniæ, Johannem Fridericum, libertati pristinæ reddendo d. 22. August. Anno 1558. ei, in specie, patriam qvoqve potestatem restituerit Illustr. Dn. de Rhetz. *d. tit. 20. §.* 1. Consultiss. JCtus Strykius *in Us. Mod. ff. tit. de his qui sui vel alien. §. 4. in fin.*

Alii excipiunt milites actu militantes, sic Paul. Voët *ad §. 4. J. qv.* 27.
m. jus patr. n. 5. in fin. scribit, se observasse, militem, insuper, habito consensu sui patris NB. recte contraxisse nuptias. Qvæ sententia ex eo probabilis, qvod militibus specialiter concedatur facultas, sine aliqva solennitate, pro libero arbitrio, conjugia contrahendi *l. A. caligato 21. C. d. Nupt.* Hinc duces militiæ & officiales à ritibus ecclesiasticis adhuc hodiè excipit Carpz. *l. 2. def. 249. n. 7.* Sed sclopetariis & hastatis hoc privilegium denegat Carpz. *d. l. n. 8.* sed invita justitiâ Justinianeâ, qvæ solennitates matrimonii, tam Magistris, qvam gregariis militibus remittit *d. l. à caligato.* Caligatus enim appellatur vilis & obscurior, teste, Justiniano Imperatore, omni exceptione majore, in *Nov. 74. cap. 4. §. 3.* Si tamen dicendum qvod res est, nec militem excipimus per tex. expr. *l. 35. ff. d. R. N.* Ubi Papinianus: *filius familias miles*, inqvit, *matrimonium sine patris voluntate non contrahit.* Huic inhæremus opinioni, donec liqvido probetur contrarium, qvod non fit *d. l. 21.* cum patris consensus non sit referendus ad solennitates, sed ad essentialia matrimonii add. Ducis Sclesvic. Christiani Alberti jus militar. art. 12. ibi: Es sollen nicht weniger alle und jede von der Soldateſe / alß andere civil personen, in Ehsachen ihrer Eltern consens adhibiren. Dicta limitanda: Nisi miles separatam instituat œconomiam, hæc enim, moribus, liberat à patria potestate. Struv. *Exerc. 3. th.* 68. Hahn.

28. 68. Hahn. *ad W. tit. de Adopt. & emancip. n 7. vs. hodie.* Vel Gubernator vel Præfectus fiat Joh. Otto Tabor. *de Patr. potest. part. 2. cap. 3. §. 3. in fin.* Generale enim est, qvod filius per dignitatem à patria potestate liberatus, omnia privilegia habeat filiorum emancipatorum *Nov. 87. cap. 1.* adeoqve qvilibet magister militum, á patria potestate liberatus erit *Nov. 81. Præf. & cap. 1.* & per consequens sine patris consensu nuptias inire recte potest.

29. Ætas vero sola filium non liberat à patria potestate, per text. expr. in *l. fin. §. 3. C. d. bon. quæ liber.* ibi: *cujuscunque ætatis filius inveniatur*, adeoqve major 25. annis obligatus est patris sui, in cujus potestate est, expetere consensum. Nec filia-familias majorennis excipienda est, qvia nulla lex distinguit, qvin potius majorem potestatem parentibus concedit, in nuptiis filiarum, qvam filiorum *l. 12. §. 1. l. 13. ff. d. spons.* Eqvidem multi gravissimi JCti hunc committunt errorem, qvod statuant: Consensum patris non desiderari, si filiabus, ante vigesimum qvintum annum, non elegerit maritum. Qvorum in numero sunt Engelbr. *ad ff. tit. de spons. th. 3.* Boër. *Dec. 197. n. 6.* Joh. à Sande *in Dec. L. 2. Tit. 1. def. 5.* Cypræus *d. spons. cap. 6. §. 4. n. 7. & Cap. 7. §. 13. in fin. & §. 14.* In qvo §. 14. hoc beneficium soli filiæ familias majorenni, non vero filio familias 25. Annis majori tribuit. Colore vel potius fuco utuntur duplici, qvo hanc sententiam illustrare conantur. Alterum petunt ex *Nov. iis. 6. 3. §. H.* ex qva colligunt: filia post annum 25. sine patris consensu nubere potest. Alterum â negligentia & incuria patris deducunt, nam culpandus est pater, qvi incurius & negligens fuit, cum eum ætas virginis, qvotidie tacitè moneret Cypr. *d. cap. 6. §. 4. n. 7.* Verum ab exheredatione denegata, non valet arg. ad denegandam necessitatem consensus paterni. Filius enim famil. sive majorennis, sive minorennis, exhæredari non potest, si nuptias, sine patris consensu, inierit, ergo nunqvam opus habebit consensu patris, si nuptias inire velit, posterius absurdum, ergo absona argumentandi ratio, ab exhæredatione cessante, ad cessantem necessitatem consensus paterni, in nuptiis liberorum. Altera ratio itidem infirma, qvia patris impii qvoqve consensus desideratur *vid. n. 33.* ergo multo magis patris, qvi tantum distulit nuptias. add. Mev. *ad J. Lub. Lib. 1. Tit. 4. art. 2. n. 14. seq.* Filius

Filius vero emancipatus, etiam sine consensu patris, 30.
uxorem rectè ducit *l.* 25. *ff. d. R. N. l.* 3 §. 5. *ff. d. bon poss. contr. Tab.* add. *l. Si is* 56. §. 2. *ff. d. Jur. dot.* qvia pater per emancipationem, omni suo juri renunciat, qvod in filium habebat *arg.* §. 6. *J. qv. m. p. p. solv.* Idemqve juris in filia emancipata majorenni *l. Viduæ* 18. C. *d. Nupt. ibiqve* Goth. *lit. N.* Donell. *enucl. Lib.* 13. *cap.* 20. *lit. V.* Hahn. *ad W. tit. de R. N. n.* 3. *ad vb. Horum enim consensus.* Qvæ sententia *l. In potestate* 10. *ff. de sponsal.* confirmatur, ubi patri denegatur facultas dissolvendi sponsalia filiæ emancipatæ, huic vero asseritur potestas nuptias pro lubitu contrahendi, nisi pater, tempore emancipationis, sibi expresse reservasset jus, qvod filius emancipatus, sine ejus consensu, nuptias inire non debeat *arg. d. l.* 10. *in fin.*

De filia emancipata minorenni vero res est dubia, ex 31.
l. 18. *& l.* 20. *C. d. Nupt.* exceptionem agnoscimus, atqve defendimus, qvod hæc sine patris consensu nuptias inire non debeat Donell. *enucl. Lib.* 13. *cap.* 20. *lit. X.* ibiq; Hillig. Brunnem. *ad d. l.* 18. C. *d. Nupt.* Bachov. & Vinn. *ad pr. J. d. Nupt.* Hunn. *Var. resol. Lib.* I. Tr. 3. *Qu.* 15. Joh. Sande. L. 2. Tit. 1. *def.* 3 Ita tamen ut filia emancipata, sive vidua, sive virgo sit L. 18. C. *de Nupt.* Voluntati patris contradicere, ac judicis officium implorare possit *d. l.* 18. Bachov. *ad Wesenb. d. R. N. n.* 3. *ad vb. filio filiæve emancipatæ.* Imo judex in dubio magis voluntatem filiæ emancipatæ, qvam patris sequi debet *d. l.* 18. Cum filia in potestate constituta patris voluntati repugnare non potuerit, si pater eam honeste elocare vellet *l. sed qvæ* 12. §. 1 *ff. d. sponsal.* Cum vero *l.* 18. *& l.* 20. *C. d. Nupt.* de filia emancipata minorenni loqvantur, aliud dicimus in filio emancipato minorenne Bach. *ad Wes. d. Rit. Nupt. n.* 3. *ad vb. filio filiæve emancipatæ.* Cum sub filiarum nomine, filii non contineantur, exemplo enim pessimum est, fœmininо vocabulo, etiam masculos contineri *l. si ita* 45. *pr. ff. d. Leg.* 2.

Lustravimus huc usqve liberos, qvi ex necessitate pa- 32.

rentum consensum expetere teneantur, restat ut parentes qvoqve consideremus, & qvinam parentum nomine hic veniant, ut eorum consensus, necessariò, in nuptiis, sit expetendus. Et patris qvidem, qvi liberos in potestate habet, consensum necessarium esse, ex *pr. J. d. Nupt. l. 2. ff. eod. l. 68. ff. d. jur. dot. l. 12. C. d. Nupt.* aliisqve supra adductis liqvet.

33. Qvam sententiam ampliamus, ut locum habeat etiam in patre impio *arg. l. patrem 16. C. d. Nupt.* Harpr, *ad pr. J. d. Nupt. n. 111.* Cypræus *d. sponsal. cap. 6. §. 5. n. 1.* quia impius qvoqve pater est. Idemqve si pater sit prodigus Hillig. *ad Don. L. 13. cap. 20. lit. N.* Meier. *in C. A. d. R. N. th. 9.* Carpz. L. 2. *d. 43.*

34. Si vero pater furiosus, sit, vel mente captus, ejus consensus non desideratur *l. si furiosi 25. C. d. Nupt.* Qvia judicio caret *L. 12. §. 2. ff. d. judic.* Eqvidem pater furiosus liberos in sua potestate retinet, sive ante furorem, sive in furore eos procreaverit. *l. Patre furiosi 8. ff. d. his qvi sui vel alien.* adeoqve ejus consensus videbatur exspectandus, favore tamen liberorum & reip. *l. 2. ff. d. jur. dot.* aliud receptum est. Tempore dilucidi intervalli vero patris expetatur consensus *arg. l. 39. pr. ff. d. Judic.* Hill. *ad D. Lib. 13. cap. 20. lit. N.* Et patre furente, avi desideratur consensus, & contra; Avo furente, patris consensus exigendus est, *l. Si nepos 9. pr. ff. d. R. N.*

35. Patre ab hostibus capto, liberi in incerto sunt, an sui juris sint, an filii-familiarum *l. In bello 12. §. 1. ff. de capt. & postl.* Si tamen pater, intra triennium non revertatur, liberi nuptias inire possunt L. *Si nepos 9. §. 1. ff. d. R. N.* eqvidem in *d. l. 12. §. Medio tempore 3. ff. d. captiv.* Propter publicam nuptiarum utilitatem, filio patris captivi conceditur facultas nuptias ineundi, sine mentione triennii; sed lex ex lege supplenda Hillig. *ad Don. Lib. 13. cap. 20. Lit. O.*

36. Idem dicendum, si pater absens sit, nec exacto triennio, constare possit, ubi degat, & an superstes sit *l. si ita 10. ff. d. R. N.* idemq; dicimus, si post triennium constet

ſtet, patrem adhuc in vivis eſſe, ſed conſtare non poſſit, ubi degat, nam nec hoc caſu ejus conſenſus expeti poteſt à filio, ultra triennium vero in certum patris reditum expectare non tenetur. *d. l. 9. & 10. junct. l. 12. §. 3 ff. de capt.* Ne vero triennium illud, aliàs exſpectandum remoram ponat fortunis liberorum, conceditur liberis facultas matrimonium ineundi, cum tali, cujus conditionem pater non eſſet repudiaturus *l. ſi filius 11. ff. d. R. N.* 37.

Matris conſenſus, jure Romano, in liberorum nuptiis, de neceſſitate non deſideratur Dn. Hopp. *in Com. Inſt. ad pr. d. Nupt. §. 11. Conſenſus parentum.* qvia patris tantum deſideratur conſenſus *l. Nec filium. 12. C. d. Nupt.* nec matri poteſtas patria conceditur in liberos *§. 10. J. d. Adopt. §. 3. J. d. Her. qual. & diff.* illorum vero parentum conſenſus exigitur, qvi liberos in poteſtate habent *pr. J. d. Nupt. l. 2. ff d. R. N.* vid. *n. 32.* Diſſentit qvidem Cypræus *d. Iponſal. Cap. 6. §. 6. n. 3. verſ. Sed hæc legibus confirmanda ſunt.* Verum promiſſa malè exeqvitur, cum textus ab eo allegati, probanda non probent, qvod hoc loco deducere ſuperſedeo, add. Hillig: *ad D. l. 13. Cap. 20. lit. Y.* 38.

Major dubitatio de filia minorenni, an hæc matris indigeat conſenſu, ſi maritum ſibi eligere velit, diverſas Doctorum opiniones exhibet Brunn: *ad l. 20. C. d. Nupt.* Don. enucl. *d. l. lit. Y.* Hunn: *reſ. L. 1. Tr. 3. qv. 14. in fin.* Negativam tuetur Hahn. *ad W. tit. d. R. N. ad vb. in minoribus patre orbatis* Eckolt. *ad ff. eod. §. 3.* Nos, ſalva aliorum autoritate, nec hoc caſu matris conſenſum neceſſario implorandum eſſe, defendimus, qvia, nulla lege, hæc neceſſitas injuncta eſt. 39.

Ex dictis facile liqvet, idem judicium eſſe de avo, non tantum materno, ſed & paterno, ſi nepotes ex filio, poſt emancipationem nati & concepti ſint, nam nec ille *§ fin. J. d. patr. pot.* Nec hic, hoſce nepotes, in ſua poteſtate habet *arg. l. 26. ff. d. adopt. §. 4. J. eod.* Si vero avus nepotem vel neptem in poteſtate habuit, qvod qvidem jure Rom. regulare 40. 41.

gulare est, in nato ex filio §. *fin. J. d. patr. pot.* ejus consensus qvoqve, in nuptiis nepotis, desideratur, & avi solius consensus hoc casu sufficit, si neptis viro nubat *l. Oratione 16. §. 1. ff. d. R. N.* ut ut ejusmodi neptis, post mortem avi consentientis recasura sit, in sui patris potestatem *pr. J. qu. mod. jus patr. pot. solv.* ratio qvod ex filia nati non sequantur familiam matris, sed patris §. *fin. J. d. pat. pot.* Adeoq; avus, in despondenda nepte, patri præfertur, tum propter tenerrimum avorum affectum, qvo prosequuntur nepotes, juxta Germanorum illud: es ist nichts liebers denn Kindes-Kind / tum propter ætatis & gradus prærogativam. Cypræus *d. sponsal. cap. 3. §. 4. n. 11. & 12.* Qvem pluribus vide:

42. Si vero nepos uxorem ducere gestiat, & patris & avi desideratur consensus *d. l. 16. §. 1. ff. d. R. N.* Licet pater, hoc casu, filium uxorem ducentem, in potestate sua non habeat *l. 21 ff. ad* L. *Jul. de adult.* Ratio diversitatis à priori casu est: qvod nepos, avo mortuo, una cum liberis in patris potestatem recidat §. 7. I. *d. adopt.* ideoqve interest patris, qvales liberos, & ex qva uxore filius suscipiat, & in ejus familiam & potestatem inducat Cypr. *d. l.* Exceptio dictorum occurrit in *l. Si nepotem 3. ff. d. R.* N. Si scil. avus & nepotem, & neptem, nuptias inituros, in sua habeat potestate, qvo casu, solius avi sufficit consensus. Gothofr. eqvidem ad *d. l. 3. lit. mihi S.* notat: *si modo filius non vivit, aliàs consensus ejus requiritur.* Supponit ergo Goth. filium ex qvo nepos fuit in potestate avi, vel mortuum, vel emancipatum fuisse, Qvam interpretationem divinationem nominat Hillig. *ad Don. Lib. 13. cap. 20. lit. M.* qvia supposito Goth. casu, nullum dubium fuisset, qvin solus avus nepotibus, in potestate constitutis, matrimonium contracturis, consensum præbere potuisset, pater enim nepotem in potestate nec habuisset, nec recasurus fuisset in suam potestatem. Ast JCtus dubitat de decisione casus legis tertiæ, ergo magis probabile: Filium adhuc vixisse in potestate avi. Adhæc casus in *d. l.* deci-

deciditur, qvod *solo* avo autore, nuptiæ contrahi possent, qvod commodè, dici non potest, si non adfuisset filius, de cujus consensu exigendo, dubitatum fuisset. Ex qvo magis recepta Ddrum opinio, qvod in *l.* 16. §. 1. *ff. d. R.N.* contineatur regula, in *d. l.* 3. vero exceptio, nisi nepos, ex eadem familia neptem, in ejusdem avi potestate existentem, ducat Hillig: *ad D.* L. 13. *cap.* 20. *lit.* M. Brunnem. *ad. l.* 16. *ff. d. R. N. n.* 4. *& s.* Wissenb. *ad ff. V.* 1. *Disp.* 44. *th.* 13. Meier. *in Coll. Arg. tit. d. Rit. Nupt. th.* 6. Licet Hunn. *in resol. Lib.* 1. *Tract.* 3. *qu.* 16. *legem l.* 16. *& l* 3. conciliare malit commatis interjectione, legendo: *Sinepotem ex filio, & neptem ex altero filio in potestate, habeam* &c. 43.

Dicta *n.* 39. de matre, eâdem ratione, locum habent in avia, ut hujus consensus, in nuptiis nepotum non desideretur Eckolt. *ad ff. d. R. N. §.* 3. ibi: *Non ergo matris aut aviæ*, qvia avia plus juris, matre, prætendere non potest *arg. Nov.* 118. *c.* 5. ibi: *secundum hereditatis ordinem.* 44

Ex eodem dependet principio, qvod nec fratrum, nec patrui, nec aliorum cognatorum vel affinium consensus desideretur in nuptiis fratris, sororis, fratris liberorum vel aliorum cognatorum, qvia dictas personas non habent in sua potestate. Eqvidem Cypræus *Tr. d. sponsal. Cap.* 3. § 4. *n.* 17. variis exemplis demonstrat: fratrum qvoqve autoritatem non exiguam fuisse, in despondendis sororibus. Cujus vestigium in *l.* 20. C. *d. Nupt.* supereſſe videtur. Verum de necessitate, jure Romano, fratrum vel cognatorum consensus non desideratur, per text. expr. in *l. In copulandis* 8. C. *d. Nupt.* ibi: *In copulandis nuptiis, nec cognatorum nec affinium ulla autoritas potest intervenire.* 45.

Simile judicium sit de curatore, qvod nec hujus consensus, de jure Romano, necessitatis sit *d. l. In copulandis 8 C. & l. sciendum* 20. *ff. d. R.N.* qvia officium curatoris, in administratione bonorum consistit, non vero, ut personæ minoris prospiciat *d. l. 8. & 20.* Si tamen minorennis, ex pudore maritum 46.

ritum nolit eligere, judex convocabit curatores & cognatos *l.20.C.d.Nupt.* Goth. *ad l.20.ff.d.R.N. lit. mihi D.*

47. Magistratus qvandoqve nomine parentum venit vid. Theologos in explicatione IV. præcepti. Et in hac nostra materia, Magistratus qvasi communis parens dicitur Mevio *ad J.Lub.Lib.1.Tit.4.art.2.n.10.* Verior tamen sententia, qvod hic non veniat nomine parentum, de Jure Romano, seu ut clarius loqvar: De Jure Romano magistratus vel Principis consensus non desideratur in nuptiis civium & subditorum Joh. Christoph. Herold. *Tr.d.Ratificatione cap.3. sect. 1.n.77. pag.74.* qvia permittitur conjugio suo sociare, quam qvis voluerit, modo patris accedat consensus *l. Nec filium 12. C. de Nuptiis*, Nec est qvod objicias *Rubr. C. Si nuptiæ ex rescripto petantur*, qvia nuptiæ illæ, qvæ regulariter prohibitæ erant, ex rescripto petitæ sunt, v. g. si tutor vel curator, qvondam pupillam vel adultam sibi in matrimonio collocare velit *l. Si tutor 7.C.d.Interd. matrim.*

48. Vidimus ex legibus, diversa, diversorum parentum, jura si liberi eorum nuptias inire velint. De jure autem naturæ, hanc diversitatem non agnoscunt, sed matris qvoqve consensum necessario desiderant, in nuptiis liberorum Cypræus *d. sponsal. cap. 6. §. 7. n.1. seqq.* Mev. *ad J. Lub. L.1.Tit. 4. art.2. n. 22.* Harpr. *ad pr. Inst. d. Nupt. n.81.* In fundamento autem juris naturalis, ex qvo competat patria

49. potestas, non satis conveniunt Doctores, alii enim negant Jure naturali, nasci filium familias, sed filium, Ungepaur *ad L. IV. Decret. tit.1.de sponsal.n.25.* ibi: *At mero jure naturali, nemo filius familias est, sed tantum filius, nec est in potestate patris, sed sui juris, suæque potestatis.* Qvo collimant illa Puffend. *de J. Nat. & Gent. L.6.cap 2. §. 4.* ibi: *Nobis quippe sola generatio non videtur sufficere ad titulum imperii, in sobolem humanam constituendi. Etsi enim ex substantia nostra excitetur proles: tamen quia abit in personam nobis similem, & quæ quantum ad jura hominibus naturaliter competentia nobis est æqualis, indeut nobis fiat inæqualis, seu*

ut nostro imperio subjiciatur, alio utiq; titulo videtur opus esse. Grotius vero *d. J. belli & pac. L. 2. cap. 5 §. 1.* docet: *Generatione parentibus jus acquiritur in liberos utriqve parentum, patri ac matri.* Qvo facit illud Philonis: *Parentes Deum qvodammodo referre gignendo.* Vid. Notata Excell. Dn. D. Becman *ad d. l. Grot.* Thomas Hobbes *d. Cive. cap. 9. art. 3. & 7.* Imperium in liberos matri originale, patri autem non nisi derivatum adscribit. Constat enim terram ipsam longè plus conferre, qvam aratorem Dn. Ziegl. *ad Grot. l. 2. cap. 5. §. 1. ad vb. sexus præstantiam.* Alii in statu naturali, extra civitatem, & pactum parentum, prolem adscribunt matri Puffendorf *d. l. N. & G. L. 6. cap. 2. §. 5.*

Nos, hac vice, sua cuiqve relinqvimus, & in decisione *n.* 48. 50.
propositi casus, ex jure divino, toti generi humano præscripto, supponimus: Uxorem esse in dominio seu potestate mariti *Gen. 3. vers. 16.* ibi: Und dein Wille soll deinem Manne unterworffen seyn/ und Er soll dein Herr seyn. Hoc jacto fundamento concludo: jure naturali filium esse in potestate patris & matris, ita ut matris potestas, subordinata sit potestati patris, & qvasi in qviete, qvamdiu pater suam retinet potestatem. Verum si pater filiũ de potestate dimittat, vel moriatur, filius est sub potestate matris. Exemplum habemus in sacris, in Abra- 51.
hamo, qvi Ismaëlem, extra controversiam, in sua habebat potestate, ita ut Ismaël, sine Abrahami consensu, uxorem ducere non potuisset, cum vero Abrahamus Ismaelem, ex sua potestate dimitteret, matris se exerebat potestas in Ismaëlem, vid. *Gen. Cap. 21. vers. 14. seq.* Hinc mater ei dedit uxorem *d. c. 21. vers. 21.* ibi: Und seine Mutter nahm Ihm ein Weib aus Egyptenland. add. Puffend. *d. l. §. 5.* hæc potestas parentum tam diu durat, donec parentes ei renunciaverint, vel expresse, vel tacite. Nec agnosco; qvod jure naturali, hæc parentum potestas exspiret, si liberi se ipsos alere, sibiqve prospicere possint.

Praxis hodierna, in eo, an omnium parentum consen- 52.
sus necessarius sit, non est constans. In Duatu Wolferbytano in Ordin. Eccles. Cap. Ordnung in Ehsachen *Tit.* von heimlicher

cher und unordentlicher Ehe verpflichtung §. so ist in Verachtung ihr das fohrthin niemand/ so noch unter Väterlicher Gewalt ist sich ohn Rath/ Vorwissen/ und Willen seiner Eltern/ Ehe ich verpflichten sol.

53. Vid. Hahn. ad W. *tit. d.* R. *N. n. 3. ad vb.* Moribus. Verum in Ordin. Eccles. Elect. Saxoniæ *Tit.* von Ehesachen §. von Ehegelöbniß dispositum est: Es sollen sich keine Kinder ohne Vorwissen und einwilligung ihrer Eltern/ als des Vatern/ der Mutter/ und da die nicht verhanden/ des Groß-Vaters/ oder der Groß-Mutter verloben. Ex qvibus verbis colligo: nec in Electoratu Saxoniæ solius honestatis, & reverentiæ parentibus debitæ haberi rationem, sed ad potestatem, qvæ jure naturali & divino in liberos competit, haberi respectum; Alias avorum consensus, vivis adhuc parentibus, expetendus qvoq; esset, qvia honor & reverentia his qvoq; debetur, etsi pater vel mater adhuc in vivis sint. Eqvidem Carpz. L. 2. *def.* 49. *n.* 6. docet: in

54. terris statuum Evangelicorum etiam emancipatos necessum habere, consensum parentum, in nuptiis contrahendis adhibere. Qvæ sententia honestatis ratione admittitur, cum etiam emancipati liberi patri reverentiã exhibere teneantur; non vero, ut præcisa necessitas incumbat liberis emancipatis, non nisi consensu parentum, qvi eos emanciparunt, nuptias ineundi, ut contra Carpz. JCtus à pietate commendatissimus Brunneman *adl. Filius* 25. *ff. d. R. N.* defendit.

55. Brevitatis studio, alias Ordin. Consist. omitto. Ultimò monens Imperatoris consensum, in conjugiis Principum Imperii non desiderari, qvia nulla Constit. Imperii hoc injunxit. vid. Myler ab Ehrenbach *in Gamol. Princip. cap.* 2. §. 7. Qvi §. 4. &c. pluribus probat, in variis regnis, Procerum matrimonia, sine

56. Principis vel Regis consensu iniri non posse. Idemqve dicendum puto, si Princeps regens, ex utilitate publica, fratris nuptias, cum certa fœmina prohibere vellet, qvod Principis regentis voluntas sequenda sit, cum salus publica suprema lex sit L. *Quod semel* 5. *ff. d. decret. ab ord.* Qvæ de necessitate consensus paterni, in nuptiis liberorum dixisse sufficiat.

CAP. II.

CAP. II. 25.

DE SPONSALIBUS NULLIS, SI SINE CONSENSU PARENTUM SINT CONTRACTA.

Connexio. 1.
In eo conveniunt & Theologi & JCti Protestantes, quod ejusmodi sponsalia sint nulla 2.
Licet (1.) juramentum accesserit. - 5.
Quæ non magis stringunt, quam sponsalia sine juramento 7.
Licet (2.) in confirmat. sponsaliorum sacra synaxi usi sint. 9.
Licet (3.) sponsa ignoret sponsi parentes adhuc vivere. 12.
Vel sponsus se (4.) patrem-familias mentitus sit, 14.
Vel (5.) consensum patris mentitus sit. - 15.
Vel (6.) Patris consensum speraverit. 18.
Vel (7.) sponsa sit honesta. 20.
Pater causas dissensus allegare non tenetur, si filius recedat. 21.
Quid si filius constanter patris consensum urgeat? 23 seq.
Dissolutis sponsalibus utrique conceditur faculeas alia ineundi sponsalia. 28.
Effectum producunt clandestina sponsalia, si (1.) vel parentes non contradixerint. 29.
Vel (2.) si pater filio arbitrium commiserit. - 31.
Vel si (3.) pater ea non impugnet, sed filius. 32.
Nec tertius ea impugnare potest. - 34.
Nec magistratus ex officio 35.
Nisi concurrant alia sponsalia 36.
Effectus (4) est, de sponsatos propria autoritate recedere non posse. - 37
Denique (5.) pœnam merentur - 39.
Sponsæ innocenti satisfaciat 40.
Et Patri, quem offendit. 44.
Et Reipublicæ 48.
Dicta de filio, extendenda quoque ad filiam. 50.

VIdimus necessitatem consensus paterni, in nuptiis liberorum, supereſt, ut videamus effectum sponsaliorum & nuptiarum, si de facto, ut loqvuntur, fuerint contractæ, qvod ut eo distinctius fiat, *b. cap.* de sponsalibus, sine patris consensu contra- 1.

ctis, agemus. Conveniunt verò Protestantes, tum Theologi, tum JCti, sponsalia, sine parentum consensu, à liberis jam
2. contracta, ipso jure nulla esse. vid. Resp. Lutheri & Ministrorum Eccles. Witteberg. apud Bruckner. *in Decis. matrim. in addit. ad cap. 2. n. 70.* ibi: *Nunc vero Deus omnipotens per misericordiam suam nobis manifestavit, in usum etiam transtulit, & Serenissimus Princeps noster, Elector Saxoniæ, præcepto sancivit, ut maledictum hoc & turpe jus Papale, non amplius valere, nec observari debeat, ita ut si filius vel filia, insciis parentibus suis se desponset, pater potestatem habeat, ejusmodi sponsalia annullandi, quemadmodum nos hoc diu egregiè docuimus.* add. Joh. Andreas
3. Qvensted. *in System. theol. part. 4. cap. 14 d. Conjugio. sect. 2. qu. 1.* David. Chytræus, celeberrimus qvondam Rostochiensis Professor Theologiæ *ad Lev. cap. 18. pag. mihi 372.* ibi: *sapienter in consistorio harum regionum constitutum est, ut omnes clandestinæ desponsationes, inter adolescentes & puellas, sine perspicuo & expresso consensu parentum factæ, inanes & irritæ pronuncientur* Gerhard. *in Loc. theol. Loc. d. Conjugio §. 57. seq* Brochmann. *System. Tom. 2. artic. d. conjugio cap. 2. sect. 4.* Dunte *d. Cas. Conscient. cap. 19. sect. 1. qu. 16.* Dorschæus *in Theol. Moral. in 4. præcept. §. 288.*

4 Ex JCtis adduco Ziegler. *ad Lantell. L. 2. Tit. 10. §. 8. ad vb. Nisi consensus.* Brunnem. *in J. Eccles. L. 2. c. 16. §. 12. ibique* Stryck. *in not.* Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n. 46.* seqq. Carpz. *Ipr. Consist. L. 2. Def. 38. & 40. ibiq; præj.* Richter. *Dec. 8. n. 44. ibiq; præj.* Bruckner. *in Decis. matrim. cap. 2. n. 70. ibique alleg.* Consil. Tubingens. *part. 4. Cons. 143.* Consil. Argent. *V. 1. Cons. 51. & 53.* Consil. Marpurg. *V. 4. Cons. 2* Et elegans Cothman. responsum *V. 1. Cons. 1.* qvod confirmatum est à Facult. Jurid. Francofurtensi. d. 8. Sept. 1590. à JCtis Helmstadiensibus Cothman. *d. Consil. 1. n. 530.* à Scabinatu Lipsiensi d. 9. Jan. 1591. à Facult. Jurid. Jenensi d. 15. Mart. Anno 1591. juncta sententia definitiva facult. jurid. Tubingensis Cothman. *d. Cons. n. 786.* Ut merito cum Mevio P. 8. *Dec. 40. n. 2.* concludamus: *Hanc opinionem esse communem, & inter Christianos praxi receptam. vid. cap. 1. n. 22. seq.*

5. Qvæ sponsalia non confirmantur, licet (1.) filius-familias

lias ea juramento confirmaverit Schilt. *in Inst. jur. Can.* L. 2. *c.* 10. § 5. Carpz. L. 2. *d* 58. Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n.* 134. *seq.* Stryck. *ad Brunn.* J. *Eccles.* L. 2. *c.* 16. § 12. *ad vb. quæ parentis consensu in Resp. rat. decid.* 10. Richt. *Dec.* 8. *n.* 46. *in fin. ibi & Præs. Facult. jurid. Jenensis.* Consentiunt Theol. Brochman. *in System. art. d. Conjug. cap.* 4. *qu.* 18. Ludov. Dunte. *Cas. Conscient. cap.* 19. *sect.* 1. *qv.* 17. Qvia, juramentum hoc præstitum est de re, qvæ non est in arbitrio juran- 6. tis Richt. *d. l.* adeoqve parentibus, ut tertiis, præjudicare non potest Dedeken. *in append. ad Vol.* 3 L. 1. *sect.* 6. *fol.* 815. ibi: *utraq; pars, hoc casu, est de alieno liberalis; ac disponit de re non sua, nec potest per tale juramentum à liberis præstitum, ipsis parentibus tanquam tertiis, illud, quod jure divino & humano ipsis competit, invitis & præter culpam adimi.* Nec via aperienda liberis, qvâ parentibus invitis jus suum extorqvere possint. Nec co- 7. gendi sunt parentes, ut in juramentum liberorum consentiant, nisi causas gravissimas dissensus habeant. Tale enim juramentum sponsalibus hisce clandestinis majorem validitatem non conciliat, qvam si hæc sponsalia sine juramento fuissent inita. Deus enim liberrimo parentum arbitrio reliqvit, vota liberorum, ita & juramenta eorum, improbandi *Num. cap.* 30. Nec conscientiæ liberorum per patris dissensum laqveus injicitur, cum Deus promiserit, se hoc casu liberis gratiam esse facturum. *Num. c.* 30. *vers.* 6. ibi: **Und der Herr wird ihr gnädig seyn / weil ihr Vater ihr gewehret hat.**

Idem judicium sit (2.) Si liberi in confirmationem spon- 8. salium sacra utantur Synaxi, wenn sie das H. Nachtmahl drauf nehmen/ qvalis casus apud Dedeken. *Vol.* 3. *L.* 2. *sect.* 4. *n.* 32. ibi: **Darbey es denn nicht allein blieben / sondern die Jungfrau / zu mehrer Sicherheit / und unverbrechlicher gantz steifer Haltung / auß eigener Bewegniß / und ihren guten freyen Willen / damit solches ihr eheliches Verbündnüs kein Mensch brechen / noch hindern**

solte/ weiter verwilliget / auff einen darzu benandten Sontag/ das Hochwürdige Sacrament darauf zu empfangen/welches denn auf ihr Begehren / von ihnen beyden also beschehen.

10. Maximum enim sacramenti Altaris abusum esse firmiter credimus, si in confirmationem rei secularis, contractus, vel pacti adhibeatur , cum à Christo salvatore nostro ad remissionem peccatorum & fidei nostræ confirmationem institutum sit,ergo omnis alius usus,ad qvem institutum non est, abusus est. Abusus vero sacramentorum actum per se nullum convalidare non potest. Vel finge
11. aliqvam firmitatem tribuere usum sacræ cœnæ, major tamen firmitas inde sperari non potest, quam ex juramento, qvo Deus invocatur ut testis & perfidiæ vindex; Juramentis enim Deus ipse tribuit efficaciam, & hoc fine juramenta approbavit. Verum *n 5. seq.* probatum est, juramentum non confirmare sponsalia,sine parentum consensu inita, ergo nec usus sacræ cœnæ ea confirmabit.

12. Nec(3.)sponsæ bona fides qvod ignoret sponsi parentes adhuc in vivis esse , jus patris evertere poterit , debebat enim gnara esse conditionis sponsi , cum qvo indissolubilem contractum inire volebat *l. qui cum alio 19. ff. d. R. I.* Deficiente enim alia occasione , ex ipso sponso qvæ-
13. rere potuisset , an sui sit juris , an parentum adhuc potestati subjectus sit, qvam necessariam inqvisitionem si omiserit , suæ negligentiæ merito pœnas luit *l. quod quis ex culpa 203. ff. d. R.* J. Qvia non levis culpa est , cum homine non satis noto , gravissimum sponsaliorum contractum inire Cothman. *Vol. 1. Cons. 10. n. 118. ibique alleg. Luther.*

Qvid si vero (4.) sponsa , ejusq; parentes, ex sponso
14. qvæsiverint, an parentum adsit consensus? sponsus vero se patrem fam. mentitus sit? vid. Cothman. *V. 1. Cons. 10. n. 120.* nec hoc casu pater sponsi, suo invitus privandus est jure,cum

filii

filii delictum patri nocere non possit *arg §. fin. J. de nox. actibiq;* D*dres.* Jdemq; si (5.) filius patris sui consensum mentitus 15.
sit, falsis literis, manusq; patris imitatione sponsam ejusq; parentes seduxerit, qvia pater nullo facto filii invitus cogi potest, ut patriam potestatem deponat, & filium emanciper, vel alienam personam in suam recipiat familiam. Cothman. *V. 1. Cons. 1. n. 87.* Necest qvod objicias, hoc casu sponsæ in- 16.
nocenti succurrendum esse, cum iniqvum, aliqvem alieno decipi dolo, nec ego refragabor, ut sponsus decipiens suam sponsam, huic satisfaciat, cum vero virginitas adhuc salva sit, restitutio injuriæ, alia ratione, fieri poterit, qvam corpore filii & patriæ potestatis privatione. Hoc 17.
tamen operabitur sponsæ bona fides, qvod judex laborare debeat, de obtinendo patris consensu, qvo sponsæ deceptæ plenissima fiat satisfactio, operabitur porro bona fides sponsæ hoc, ut pater ad rationes dissensus Consistorio edendas cogi possit. Cothman. *V. 1. Resp. 10. n.* 131. Favore enim digna est sponsa, qvæ legum præcepta, qvantum in se fuit, observavit. Credulitas vero desponsatorum, patrem consensu- 18.
rum esse in sponsalia, (6.) non confirmat sponsalia illicita; si pater consensu vel ratihabitione, ea firmare nolit, patris enim consensus, si haberi possit, præcedat sponsalia *pr. J. d. Nupt.* Nisi patris consensus ex facto ipso colligatur 19.
l. 5. C. d Nupt. qvid enim interest, verbis pater voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? *l. de quibus 32. ff. d.* LL. Si vero pater absens sit, repetenda sunt dicta *cap 1. n. 36.*

Nec (7.) sponsæ honesta conditio, & qvod sponso 20
digna sit, diversum jus inducere potest, digna enim sponsa, digno qvoqve modo, hoc est, implorato prius consensu parentum sponsi, sponsalia inire debebat. Consensus vero res est liberrima, ad qvem præstandum nemo, regulariter, cogi potest *L. Sicut 5. C. d. obl. & act.*

An vero pater, hoc casu, si filius, eo inscio, spon- 21.
sam sibi dignam elegerit, rationes sui dissensus allegare

& probare teneatur, qvæstio satis vexata est. Nos distin-
22. guendum esse censemus: an filius patri se submittens spon-
salæ repudium mittat, & rationes pater præcisè allegare non
tenetur, sed respectu filii sufficit patris dissensus, & obe-
dientia patri debita; respectu patris vero sufficit se non
consensisse *Num. cap. 30. l. 5. C. d. O. & A.* Dn. Engelbr. *ad ff. Tit. d. Sponsal. th. 3.* ibi: *quod si filius, patris dissensu comperto, ipse resilire velit, ne patrem offendat, pater ad rationes dissensus exprimendas, compelli nequit.* Idem docet Dn. Stryk. *ad Brunn. l. E. L. 2. c. 16. §. 5. ad ph. oriuntur tragica exempla ibique præjud.*

23. Si vero filius constanti amore hujus puellæ ducatur,
patri injuriam deprecetur, ejusqve consensum, observan-
tissimè exigat, patris dissensus, sine justa causa sufficiens non
est. Eqvidem Carpz. *Lib. 2. def. 57.* Richt. *Dec. 8. n. 49.* Schilt.
Inst. jur Can. L. 2. Tit. 10. §. 6. Consist. Witteb. apud Dedek. *V. 3. Lib.
3. sect. 4. n. 13.* defendunt: solum contemtum neglecti consensus,
sufficientem causam esse, sponsalia dissolvendi. Qvæ sententia
confirmatur Constit. Elect. Sax. in ordin. matrim. *d. anno 1624.
punct. 1. §.* Dagegen aber wollen/ ibi: Und wo Sie die
Eltern und Kinder/ sich derowegen / mit einander nicht
selbst vergleichen könten/ soll es als dann/ und NB. ehe
dañ von den Kindern etwas verbindliches fürgenommen
wird/ bey unsern *Consistoriis* gesucht/ uñ daselbst nach Bil-
24 ligkeit entschieden werden. Deficiente vero Constitutione
vel consvetudine, veriorem judicamus contrariam senten-
am, qvam defendit Harpr. *ad pr. J. de Nupt. n. 257.* Brunnem.
J. E. L. 2. cap. 16. §. 5. Engelbr. *ad ff. tit. d. sponsal. th. 3.* qvia pater
invitus à magistratu cogi potest, ut liberis de conjugio pro-
spiciat *l. capite 19. ff. d. R. N.* major enim utilitas publica, qvæ ex
25. nuptiis liberorum resultat, qvam potestas parentum privata,
Privatum vero jus parentum cedit utilitati publicæ. l. *postlimi-
nium 19. §. filius 7. ff. d. captiv. & postlim.* Si ergo Consistorium
videat

videat, hoc conjugium & desponsatis & reipubl. utile fore, pater consentire tenetur, aut rationes adducere, qvare non. vid. die Mecklenb. Consistor. Ordnung Rr. von Ehegeliebten ohne Bewilligung der Eltern/ibi: Und soll nicht gnugsam seyn/ das ein Vater oder Mutter sagen: Darum will ich nicht/das ich nicht will/ sondern das nicht wollen/soll mit beständigen Ursachen ergründet seyn/oder der blosse Dissens soll dißfals die Ehe nicht verhindern.

Alii inter ætatem liberorum distingvunt Paulus Cy- 26.
præus de *jure Connub. cap. 6. §. 3. seq.* Cothman. *V. 1 C. 10. n. 139.* Richt *Dec. 8. n. 82.* Verum extra constitutionem, nec ætas attenditur Richt. *Dec. 8. n. 46. & n. 50. in fin.* Carpz. L. 2. *def. 26.* Licet ætas juvenilis justa causa dissensus qvandoqve esse possit. In eo qvoqve conveniunt Ddres, qvod paren- 27.
tes rationes allegare teneantur, si liberi eorum consensum maturè desideraverint, sed eum impetrare non potuerint Carpz. L. 2 *def. 53. n. 17 præj. n. 20. præj.* Dedeken. *in append. ad V. 3. L. 12. sect. 4. n. 1. pag. 804.* Deniqve (8.) ita nulla sunt sponsalia, ut 28.
iis dissolutis, utriqve desponsatorum facultas concedatur alia sponsalia contrahendi Carpz. L. 2. *def. 45 n. 12.* Joh. Georg Nicolai. *Tr. d. repud. cap 1. n. 8.* habentur enim pro non factis.

Non omnis tamen effectus hujusmodi sponsalibus dene- 29.
gandus. est Nam (1.) effectum consequuntur, si pater eorum notitiam accipiens, non contradicat, vid. Mev. *P. 8. Dec. 40.* Si enim pater evidenter non contradicat, consensisse censetur. *l. 7 §. 1. ff. d. sponsal l. 5. C. d. Nupt.* Qvæ leges cum sacrâ conspirant 30.
paginâ *Numer. cap. 30. v. 4.* Idemqve juris, si pater dixerit: Er wolle es nicht wehren/de quâ causa latè egit Harpr. *ad pr. I. d. sponsal. n. 182. seq.* Quia nec hic evidenter contradixit *d. l. 7. §. 1. d. sponsal.* Valida (2.) sunt sponsalia sine parentum consensu 31.
contracta, si pater filii arbitrio commiserit, uxorem sibi eligendi, si filius concessa sibi potestate utatur Richt. *Dec. 8. n. 54.* Hahn. *ad W. tit d. sponsal. n. 4. ad vb. tunc autem dissentiendi.* Qvanqvam strictè loqvendo, hisce duobus casibus, sponsalia patris consensu contracta præsumantur,

Clan;

32. Clandestinis hisce sponsalibus tribuitur (3.) effectus, si pater ipse, ea non impugnet, sed filius ex hoc clandestinitatis vitio petat, sponsalia nulla declarari, v.g. si pater, interim sit mortuus, vel pater respondeat: Er wolle nichts
33 dazu sagen/ hette es sein Sohn gut angefangen/ möchte er es nun auch gut haben. Quo casu filius, hac exceptione, audiendus non est, ut recte statuit Mev. *P. 8. Dec. 41.* Cothman. *Vol. 1. Resp. 10. n. 132. seq.* Bruckner *in De matrim. cap. 2. n. 135.* Quia filius propriam turpitudinem allegando non est audiendus *l. 5. C. d. serv. p. gn. dat. manum.* Et solis parentibus, suo jure, tributum est, ejusmodi sponsalia dirimendi. Quot. ergo parentes nondum intervenerunt, filius fam à puella conventus litem contestari, & processum continuare tenetur.

34 Nec tertius ejusmodi sponsalia impugnare potest, ex parentum consensu deficiente Bruckner, *d. s. 2 n. 136. ibiq; alleg.* Stuckius *part. 1. Conf. 7. n. 53.* Nec judex ex officio ejusmodi
35. sponsalia nulla declarare potest, si parentes, eo nomine, ejus officium non implorent, quia parentes *evidenter*, hoc est cum effectu juris, non contradicentes, sponsalia à liberis inita, ratihabuisse videntur *l. 7. §. 1. ff. d. sponsal.* ergo judex sponsalia ratihabitione tacita confirmata, dissolvere non debet.
36. Nisi interim, hoc est, antequam pater consensit, alia publica sponsalia, cum consensu patris inierit, hoc enim casu, posterior sponsa publica excipere poterit: Priora fuisse clandestina Brouwer. *de jur. Connub. L. 1. cap. 22. n. 7.*

37. Alium (4.) producunt sponsalia hæc effectum, quod desponsati, propria autoritate, ab illis recedere non possint. Equidem repudium est tantum firmorum sponsaliorum ob justam causam, à judice Ecclesiastico, facta dissolutio Joh. Georg. Nicolai *Tr. d. Repudiis cap. 1. n. 4. seqq.* sponsalia vero sine parentum consensu contracta sunt invalida, & ipso jure
38. nulla. Verum quia sponsaliorum dissolutio res valde ardua, in qva sub specie clandestinitatis, facile legitime inita resolvi

resolvi possent, hinc semper causæ cognitio, & Consistorii sententia declaratoria desideratur. Carpz. L. 2. *def.* 40. *n.* 8. & 9.

Deniqve effectus horum sponsaliorum (5.) apparet in 39
pœnæ impositione. Cum vero per ejusmodi sponsalia varii lædantur, variè qvoqve de pœnâ statuendum, & qvidem (1.) pars altera, cum qva filiusfam. sponsalia clandestina iniit, decepta à filiofamil. qvi vel parentum consensum mentitus est, vel se dolose pro patrefamilias gessit, adversus filiumfam. agere potest, vel in factum, ad omne interesse, Vel actione injuriarum, cum sponsæ innocenti, non levis hac ratione inferatur injuria Richt. *Dec.* 8. *n.* 60. *rat. dubit.* 7. ibi: 41
Das hierdurch der Braut nicht ein geringer *Despect*, Schimpff und Schmach zugezogen werde. Weil hernach nicht leichtlich ein ander sie zur Ehe begehren möchte/ *cum experientia testetur, sponsarum ab aliis derelictarum nuptias non facile appeti.* Cum sponsarum virginitas qvodammodo periclitetur arg. *l.* 16. C. *d. Don. ante nupc.* Imo ex crimine 42
falsi filiumfamilias convenire poterit actione in factum *l.* 25. *ff. l.* 23. C. *ad Leg. Corn. d. falsi.* ad duplum ejus qvod interest. *l.* 32. *ff. eod.* Qvoties enim homo dolose & in tertii præjudicium se talem fingit, qualis non est, tot. crimen falsi committit *arg. l.* 13. *ff. d. tit.* Carpz. *qu.* 93. *n.* 27. *seq.* Qvoties vero sponsa 43
scivit parentes sponsi adhuc in vivis esse, atq; sponsalia cum filiofamil. iniit, non implorato patris sponsi consensu, agere contra sponsum filiumfamil. non poterit ad interesse, cum in æquali cum filiofamilias delicto sit constituta, in delictis vero, qvoties agitur ad interesse privatum, toties delictum cum delicto, & dolus cum dolo compensatur. *l. Viro* 39. *ff. Solut. matrim. l. pen. & ult. X. d Adulter. ibique Ddres.*

Patri qvoqve satisfaciat filius, idque primo *deprecando.* 44
Qvæ deprecatio sine distinctione injungenda, sive parentes jure sive injuria consensum denegaverint, hæc enim deprecatio ex reverentia patri debita dependet, reveren-

tia autem etiam patri impio debetur *l. 9. ff. de obseqv. parent. l.* 16. *C. d. nupt.* Ad hæc patri domestica castigatio, si filius patri honorem debitum non præstiterit, indulgenda, ut eum carcere punire possit *l.* 3. *§.* 2. *ff. d. Hom. lib. exhib.* Carpz. *Qv.* III. *n.* 82. Vel pater à Judice exigere potest, ut filium, pro ut patri placuerit, puniat *l. si filius* 3. *C. d. patr. pot.* Eqvidem Lauterb. *in Comm. ff. tit. d. bis qvi sui vel alien. §.* 6. *in fin.* & Dn. Hopp. *in Comm. Instit. ad §.* 2. *J. d. patr. potest.* arbitrantur *d. l. Si filius* 3. hodie desvetudine fuisse abrogatam; contrarium tamen verius, cum Scabini Lipsienses, juxta hanc legem pronunciaverint Carpz. *Qv.* 100. *n.* 34. Et juxta eam Francofurti ad Oderam pronunciatum fuisse memini. Hoc tamen facile largior, qvod pater non possit duriorem, gravissimam & delicto non convenientem pœnam à magistratu exigere, qvia sic patria potestate, qvæ in pietate, non atrocitate consistit *l. 5. ff. ad l. Pompej. de parric.* abuteretur. Confer. Brunn. *ad d. l.* 3. *n. ult.* ibi: *Sic igitur emendatio qvidem, sed non pœna atrocior parentibus concessa.*

45.

46. In Saxonia specialiter constitutum, qvod liberi, hoc casu, si sine consensu parentum sponsalia contraxerint, licet consensus parentum â magistratu suppleatur, nullam dotem vel donationem propter nuptias exigere possint, sed parentibus permittitur, liberos usqve ad dimidiam partem legitimæ exheredare Carpz. *L. 2. def.* 54. *n.* 7. *& n.* 13. *seqq. ubi præj.* Idemque in Ducat. Luneb. in Ordin. Polit. constitutum *tit.* 30. ibi: also das der Vater seinen Kindern/ so da wieder handlen/ einigen Braut-Schatz oder ichtwas anders zugeben nicht gehalten oder schuldig sey. Si non extet ejusmodi constitutio, distingvendum: an pater justas dissentiendi causas habeat, an non, Priori casu, si patris causæ prægnantes â magistratu judicentur, sponsalia sunt dissolvenda, & sic cessat qvæstio dotis, nec exheredationi locus, qvia hæc causa in *Nov.* 115. *c.* 3. non refertur, inter justas exheredationis causas, aliæ vero à Justiniano rejiciuntur. *Nov.* 115.

§. 3. pr. ibi: *ut præter ipsas, nulli liceat, ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in hujus constitutionis serie continentur.* Si vero liberi de facto, ut loqvuntur, consummaverint 47.
matrimonium, & judex, & pater hoc, ex certis causis toleraverint, pater ad dotandam filiam non tenetur, qvia matrimonium non est legitimum §. 12. *J. d. Nupt.* ibi: *nec matrimonium, nec dos intelligitur.* Si vero pater nullas justas dissentiendi causas habeat, sed ejus consensus à magistratu suppleatur, dotare filiam, filioq; donationem propter nuptias solvere cogendus est. Per tex. expr: *l. capite trigesimo 19. ff. d. R. N.* ibi: *qvi liberos, qvos habent in potestate,* injuria, *prohibuerint ducere uxores vel nubere &c. coguntur dotare* add. Hahn. *ad W. tit. d. sponsal. n. 4.* ibiq; *Resp. Facult. Theol. & Jurid. Helmstat.* ibi: Und ist die dritte Frage zubeantworthen/ mehrgemelter Vater auch in diesem Fall seine Tochter mit einem ehrlichen Brautschatz / seiner Güther Beschaffenheit/ und ihrem Stande nach zu versehen schuldig / und kann Er / anlangend die vierte Frage/ Sejam, seines verweigerten Consensus halber/ und daß die Ehe vollnzogen / keines weges exherediren. A. V. R. W.

Deniq; satisfiat reipubl. qvi enim clandestina spon- 48.
salia invitis parentibus contraxerunt, carcere vel pœna pecuniaria afficiendi sunt, latè Cypræus *d. sponsal. cap. 7. §. 15. n. 1.* Richt. *Dec. 8. n. 53.* Carpz. L. 2. *def. 50.* id vero dubii supereſt, an filius puniri possit, si pater injuriâ ei denegaverit consensum? affirmativa colligi potest ex Carpz. L. 2. *def. 53. & 54.* junctis præjud. Eademqve confirmari videtur Ordin. Consist. Mecklenb. Rr. von Ehegelübden ohne verwilligung der Eltern *in fin.* ibi: Gleichwohl wollen wir/ da der Eltern *Dissens*/ für ungnugsam erkandt/ und die Ehe dermassen geduldet / und zugelassen/ das dennoch die jenigen/ so sich ohne wissen / und willen ihrer

Eltern in Ehegelübte gelassen / andern zum Abscheu nach Erkentnüs / ernstlich sollen gestrafft werden.

49 Nos distingvimus, an filius in præsentia testium, ipso actu sponsalia inierit, an tantum cum puella convenerit, de ineundis sponsalibus, priori casu pœna dignus est, qvia sibi ipsi jus qvasi, contra patrem, dicere non debebat, sed magistratus ecclesiasticus implorandus erat, *arg. l. creditores 7. ff. ad l. Jul. d. vi priv. §. 2. J. de his qvi sui vel alien.* ibi: 50. *cognosce de querelis eorum.* Posteriori casu, filius nullam meretur pœnam, qvia in nullo peccavit, Dicta hactenus de filio, filiiq; patre, ad filiam qvoqve ejusq; patrem extendi velim.

CAPUT III.
DE
MATRIMONIO NULLO, SI SINE CONSENSU PARENTUM SIT CONTRACTUM.

Ardua restat qvæstio, *an matrimonium consummatum sit nullum, propter dissensum parentum.* n. 1.

Plurimi Theologi volunt sponsalia concubitu firmata, ex parentum dissensu non posse dissolvi n. 2.

Qvos sequuntur JCti n. 3.

Qvia (1.) *consummato matrimonio patris dissensus non attenditur.* n. 4.

Et (2.) *multa prohibentur, qvæ facta tolerantur* n. 5.

(3.) *Homo non separet à Deo conjunctos.* n. 6.

(4.) *in dubio pro matrimonio respond.* n. 7.

(5.) *Jure Divino qvilibet stuprator stupratam ducere debet* n. 8.

(6.) *Post consummatum matrimonium pater non revocat votum* n. 9.

(7) *exempla biblica hoc confirmant.* n. 10

Nec (8.) *Salus reip. rescissionem admittit.* n. 11.

Cum (9.) *reip. interfit succurri vitiatæ.* n. 12. *seq.*

(10.) *Liberis* n. 14.

(11.) *Parentibus & familiæ* n. 15.

Hinc

Hinc (12.) *pater cedat, ad majus malum evitandum.* n. 16.
Foret enim (13.) *absurdum patris conditionem præferri* n. 17.
Vel (14.) *filium f. impunè scortari.* n. 18.
Hinc (15.) *pater sua potestate non utatur* n. 19
Cum (16.) *ei non profit.* n. 20.
His accedit (17.) *Autoritas Pauli.* n. 21.
(18.) *Juris Canonici.* n. 22. *seq.*
(19.) *Concilii Tridentini* n. 25.
(20.) *Caroli V. Imperat.* n. 26.
Contrariæ sententia hodie magis est recepta. n. 27.
Quæ probatur Theologis & eorum præj. n. 28. *seq.*
Et JCtis eorumq; præj. n. 31. *seq.*
Quæ verior, quia (1.) *talis conjunctio non est â DEO, sed â Diabolo.* n. 34. *seq.*
Cum (2.) *fœda corporum conjunctio ex actu Diabolico non possit facere divinum* n. 38.
Contraria sententia (3.) *delinquentibus via monstratur.* n. 39.
Confirmatur (4.) *Exod. 22. v. 17.* 40.
Qui textus extendendus ad filii familias patrem n. 41. *seqq.*
Denique (5.) *hoc matrimonium omni jure adversatur.* n. 43.
Distingv. tamen an puella sciverit, an ignoraverit parentes filiifam. adhuc esse invivis. n. 44. *sq.*
Attendendum qvoq; an pater notitiam conversationis habuerit n. 47. *seq.*
Ad contraria resp. n. 49. *seqq.*
Dicta ad matrimonium benedictione sacerdotali consummatum extenduntur. n. 69. *seq.*

SPonsalia, sine patris consensu contracta, nulla esse *cap.* 2. vidimus, magna, difficilis & valde ardua restat qvæstio, utrum matrimonia sine parentum consensu contracta, ob dissensum parentum rescindenda sint? Gothman. *V.* 1. *Resp.* 1. *n.* 198. Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n.* 119. Cum vero consummatio matrimonii duplici contingat modo, vel per subseqventem concubitum, vel per benedictionem sacerdotalem; de utraqve hac consummatione ejusqve effectu, hoc capite, agemus. 1

Plurimi qvidem Doctorum, tum inter Theologos, tum inter JCtos, in eam descendunt sententiam, qvod matrimonium, vel sponsalia, sine consensu parentum inita, sed concubitu firmata, ex parentum dissensu rescindi non possint. Hujus opinionis dicitur fuisse Beatus Lu- 2

therus in *Libell.* von Ehesachen *Art. 1. pag. 377. & Art. 2. pag. 379.* Philip. Melancht. in *exam. in loc. d. Conj. Rr. d. Consensu parentum §. fin.* David Chytræus *ad Lev. cap. 18. pag. m. 378.* ibi: *qui vero eum desponsatis concubuerunt horum conjugia rescindi non solent, nec debent,* Idem docet Chemnit. *in Loc. Theol. d. Conjug. Rr. d. Consensu parentum* ibi: *sciendum & hoc est, post concubitum, non posse rescindi conjugia, autoritate parentum.* add: judic. Fac. Theol. Witteberg. apud. Dedeken *V. 3. Lib. 2. sect. 4. N. 1. Fol. 99.* ibi: Es wehre denn Sache/ daß nicht mehr res integra ist/ und die *Personen* einander schon ehlich beygewohnet hätten/ da müste man eine solche Ehe dulden/ mit Vorbehalt der Strafe. Simili modo aliqvoties judicavit Consistorium supremum Dresdense apud Carpz. L. 2. *def. 60. n. 13. seqq. & n. 16.* ibi: Und *parentum consensus, carnali copulâ intervenient,* nicht zu *attendiren* Eademqve sententia fuit Consistorii Lipsiensis & Wittenbergensis Vid. Rescript. Elect. Sax. sub dat. Zabeltitz den 16. Novemb. 1648. ibi: Und weil ohne das unsere *consistoria* zu Leyptzig und Wittenberg auff Vollenziehung der Ehe/ bißhero erkand &c.

3. Adductos Theologos turmatim sequuntur JCti non tantum Romano Catholici, sed & Protestantes Bocer. *Class. act. 1. Disp. 9. th. 6.* Strauch. *Disp. 2. th. 19. in fin.* Joh. Schilt. *Ex. 3. th. 12. Et in Inst. jur. Can. L. 2. T. 10. §. 7* Joh. Cœpp. *in Us. pract. Inst. L. 1. obs. 30. n. 33.* Struv. *ex. 29. ad ff. th. 23.* Hopp. *in Comm. ad pr. I. d. Nupt. §. Consensus parentum in us. hodiern* Barbos. *in coll. Cod. ad l. 2. C. d. Nupt. n. 2.* Heig. *p. 2. Qu. 22. n. 71.* Wesenb. *ad ff. d. R. N. n. 8.* ibi: *At nostræ Curiæ mediam quandam viam insistunt & nam post copulam, nulla rescissio admittenda est.* Schneidvv. *ad tit. Inst. d. Nupt. part. 2. n. 35.* ibi. *ita servatur & pronunciatur in consistoriis nostris.* Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n 122. seq.* Brunnem. *in J. Eccles. L. 2. c. 16 §. 2.* Cypræus. *de sponsal. cap. 10. §. 10. n. 2.* ibi. Sintemahl nuhmehr die Sache nicht rein / sondern das Beyschlaffen darauf erfolget / so ist auch die Mutter schuldig / in solche

che Ehe zu willigen / oder zum wenigsten dieselbe nicht zuverhinderen. Richt. *Dec.* 8. *n.* 55. *ibique præj.* Fac. jurid. Jenensis ibi: So ist die angefangene / und *per copulam carnalem* vollzogene Ehe / zu Verhütung grösserer Aergernüs / Schadē uñ Laster / nicht hinwieder aufzuheben. Item præj. Scabin. Lipsiens. ibi: Da selbige Personē allbereit sich fleischlichen mit einander vermischet &c. So möchte auch die Ehe dahero / das die Eltern damit nicht zufrieden / keines weges getrennet und auffgehoben werden. Hahn. *ad W. tit. d. sponsal. n. ult. in fin. ibiq; præj.* Fac. Jur. Helmst. ibi: Da sich jedoch befindet / das den zu letzt geschehenen Andeuten nach / dieselbe ehre Tochter durch vorberührte Beklagte verehliget worden / und noch ehelich beywohnet / uñ also nicht mehr *res integra* ist / so bleibet es zwar nochmalß billig dabey / jedoch der Obrigkeit / die derowegen gebührende Strafe vorbehalten.

Colorem huic opinioni variis rationibus conciliare conantur, ex qvibus præcipuas adducam. (1) distingvunt, an res sit integra, an non. Hahn. *ad W. d. l.* Cypræus *d. sponsal. c. 10. §. 10. n. 2.* Vel qvod idē, inter matrimoniū consumandū & consummatum Richt. *Dec. 8. n. 84.* Hahn. *ad W. tit. d. sponsal. n. ult.* ibi: *eademque patria potestas inprimis ante nuptias contractas inspicitur, non vero ubi ea consummatæ.* Consummatum matrimonium ex patris dissensu non esse dissolvendum, narrant, quia (2.) multa prohibentur fieri, qvæ facta tolerantur Richt. *Dec. 8. n. 84.* Harpr. *ad pr. J. d. Nupt. n. 124.* Carpz. *L. 2. def. 60. n. 11.* Et hinc in specie multa dicuntur impedire matrimonium contrahendum, quæ jam contractum non dissolvunt Carpz. *d. l. n. 12.* Harpr. *d. l. n. 125.* Sic matrimonium cum infideli prohibetur contrahendum *Deut. 7. v. 3. Jos. 23. v. 12. 2. Cor. 6. v. 14.* sed non dirimitur jam contractum *1. Cor. 7. v. 12. & 13.* Gerhard. *Loc. Theol. d. Conjug. §. 391.*

4.

5.

His

6. His jungunt (3.) Præceptum divinum : qvos Deus conjunxit, homo non ſeparet. *Matth. 19. v. 6.* Et relinqvit homo patrem & matrem, & ad conglutinabitur uxori *Gen. c. v. 24.* qvia per copulam conjuncti, facti ſunt una caro *1. Cor. 6. v. 16.* adeoqve indiſſolubile hoc vinculum. Qvod præceptum cum ſit clarum & perſpicuum, illud vero jus, an pater matrimonium jam contractum diſſolvere poſſit,
7. ſit dubium, ſeqvitur (4) qvod in dubio pro matrimonio ſit pronunciandum *cap. Tuanos 26. X. d. ſponſal.* ibi: *pro matrimonio præſumendum cap. 6. X. d. condit. appoſit. c. ult. X. eod.* cum in re dubia illa eligenda ſit ſententia, qvæ magis ſecura *cap. juvenis 3. X. d. ſponſal.* extra controverſiam vero magis eſt ſecura opinio, ſtupratorem ducere debere eam
8. qvam ſpe matrimonii compreſſit. Maximè cum (5) qvilibet ſtuprator jure divino ſtrupratam & dotare & ducere coactus ſit *Deut. 22. v. 28. ſeqq.* Ergo multo magis ejusmodi ſtuprator, qvi ſpem vel promiſſionem fecit de ſtuprata ducenda, eam ducere, & nullo ſub prætextu iterum dimittere poteſt. Deut *d. cap. 22. v. 29.* ibi: Er kann Sie nicht laſſen ſein Lebenlang.
9. Accedit (6.) patrem non poſſe votum filiæ, qvæ nupſit, revocare, ſed revocationis arbitrium marito datum *Num. 30.* ergo nec ipſum votum conjugale jam contractum revocare poteſt, cum hæc revocatio tolleret omne jus, qvod marito competit in ſuam uxorem. Qvod (7.) Ex-
10. empla ex ſacris deſumpta confirmant, Jacobus enim Eſavi matrimonium, qvod probabiliter, ſine conſenſu parentum conciliatum erat, arg. Gen. *c. 26. n. 34. ſeqq. & cap. 27. v. 46.* non annullavit. Et Jacob duxit unam uxorem ex conſilio patris, ſed tres alias uxores, inſcio & non conſulto patre Gen. *c. 29. 30.* Tobias qvoqve uxorem duxit in peregrina regione, inſciis parentibus *Tob. 6. v. 14. & cap. 7.*

Nec

Nec (8.) Salus reip. permittit, ut consummatum ejusmodi matrimonium, ex patriæ potestatis prætextu dissolvatur Harp. *ad pr. J. d. Nupt. n.* 122. interest enim reip. fœminas nubere *l.* 2. *ff d. jur. dot.* ad replendam liberis civitatem *l.* 1. *ff. solut. matrim.* Et hoc interesse publicum parentibus necessitatem imponit consentiendi in nuptias liberorum *l. capite* 19. *ff. d. R. N.* Cum liberi reipubl. non solis nascantur parentibus *l.* 1. *§.* 15. *ff. d. Ventr. in poss. mitt.* Inprimis vero interest reipubl. ut (9) 12.
succurratur vitiatæ *arg.* Deut. *c.* 22. *v.* 29. Chytræus *ad* Lev. *cap.* 18. *fol.* 378. Wesenb. *ad ff. tit. d. R. N. n.* 8. Schilt. *ad ff. Exerc.* 3. *th.* 12. Carpz. *l.* 2. *def.* 60. *n.* 8. Harprecht. *ad pr.* J. *d. Nupt. n.* 126. Hinc jure Canonico inter opera charitatis non minimum judicatur, si quis publicam mulierem de lupanari extraxerit, & duxerit *in* uxorem, hoc enim in remissionem proficere peccatorum, docet clementer Papa Clemens III. in *cap. Inter opera* 20. *X. d. sponsal.* Ex qvo à contrario sensu inferas: inter opera crudelitatis, non minimum esse, à se vitiatam, & quidem sub spe matrimonii, deserere. Damnum enim quod 13.
filius fam. puellæ, eam deflorando, intulit resarcire omni, jure tenetur, *l.* 5. *§.* 1. *ff. ad* L. *Aquil.* pudicitiam enim eripuit, qvâ ereptâ ignominiæ & ludibrio omnium exposita est, nam juxta Plautum: *illa periisse dicenda, cui periit pudor.* Resarcire autem damnum non potest, nisi eam ducat in matrimonium, vitiatam enim omnes abhorrent, adeoque sine matrimonio ejusmodi sponsæ vivendum ac manendum esset, nisi ipse sponsus à se vitiatam matrimonii honore erigat *l.* 13. C. *d. dignit.*

Succurrendum (10.) Liberis vel nascituris, vel jam 14.
natis ex tali sponsa, qvæ sine patris consensu, compressa est, Carpz. L. 2. *def.* 60. *n.* 8. liberi enim hi sunt innocentes, adeoq; non portabunt iniquitatẽ parentum. Ezechiel. *cap.* 18. *v.* 19. 20.

Deut. 24. v. 16. Si vero filiusfam. ſponſam ſpe matrimonii ſtupratam non duceret, filii ex tali coitu nati ſpurii eſſent, nec legitimorum jure gauderent, ergo his matrimonii conſummatione ſuccurrendum. Succurrendum (11.)
15. vitiatæ parentibus atqve familiæ, inſignis enim injuria filiæ illata, redundat qvoqve in parentes vitiatæ *l. 1. §. 5. ff. d. Injur.* Cui itidem ſatisfieri neqvit, niſi matrimonium ſubſeqvens purget omne vitium præcedens, *c. 6. X. qui lib. ſint legit.* Ad
16. majus ergo malum evitandum (12) pater cogendus eſt, ut ſuo jure cedat Chytræus *ad Lev. c. 18. fol. 378.* Harpr. *ad pr. I. d. Nupt. n.* 127. Carpz. L. 2. *d.* 60. *n.* 9. *in fin.* Majus autem malum hic metuendum eſt, tam in vitiata, qvæ omni legitimitatis ſpe depoſita, corpore quæſtum facere incipiet, tum in parentibus vitiatæ, qui nunquam animum ſe ulſciſcendi deponent Cypræus *de ſponſal. cap. 9. n. 3.* tum in ipſo filio, cui omnia cedent in adverſum, juxta Germanorum illud: **Wer eine Jungfrau ſchendet/ der ſtirbet keines guten Todes.**

17. Ex dictis (13.) liquet, abſurdum fore, ſi patris ſtupratoris major habeatur ratio, quam patris ſtupratæ, ipſius ſtupratæ, liberorum ſtupratæ, & majorum malorum, quæ ex denegato conſenſu patris oriri poſſunt. Finge patrem ſtupratoris eſſe innocentem, finge autem & ſtupratæ patrem eſſe innocentem, pone nemini jus ſuum auferendum eſſe invito, ſubſume vitiatæ parentibus quoque jus, quod habebant in filiam virginem jam eſſe violatum, atqve ademtum, ſequetur hinc: ergo matrimonio filii eſſe reſtituendum. Seqveretur (14.) aliud abſurdum, ſcil. ſui juris ho-
18. minem ducere debere quam ſub ſpe matrimonii impræ gnavit, non vero filium fam. qui impunè eâ abuti poſſet Richt. *Dec. 8 n. 55. & 84.* Hinc puella caſti pudoris decore à filio fam. ſpoliata, retineatur ab eo, ut qui mandatis Dei & paren-

parentum non paruit, in pœna obedientiam præstet sunt verba Chytræi *ad Lev. 18. fol. 378.* Monendus ergo (15.) pater filii, atque cogendus, ne acerbè patria sua potestate utatur, nec matrimonia, quæ bene concordantia fuerunt, turbet *l. 1. §. fin. ff. d. lib. exhib.* Maximè cum ante consummationem sua autoritate uti debuisset, in regendo filio, ne alienæ puellæ pudicitiam, sine parentum consensu, eriperet, ut argumentatur Chytræus *d. fol. 378.* Nec (16.) prodest patri consummatum dissolvere matrimonium, cum hæc dissolutio matrimonii jus semel violatum patri restituere non possit, ut arbitrantur Richt. *Dec. 8. n. 83. in fin.* Wesenb. *ad ff. tit. d. R. N. n. 8.* Carpz. *Jpr. Consist. L. 2. def. 60. n. 9.* His accedit (17.) Autoritas Pauli L. 2. *recept. sentent. tit. d. Nupt.* 19. *sent.* 1. ibi: *eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed NB. contracta non solvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.* 19. 20. 21.

Et juris Canon. dispositio (18.) dictis pondus addit, quod etiam inter Protestantes, in materia matrimoniali sequimur Dn. Hopp. *in præcognit. jur. univ. cap. 8. §. 28.* ibi: *In specie autem observamus jus Canonicum in matrimonialibus.* Lauterb. *in comp. ff. in præf. ibiq;* Dn. Stryk. *in not. ad vb. Ecclesiasticis* & excell. Dn. Kleine *in not. accuratiss. ad d. l.* Lauterb. *ad vb. receptum est,* ibi: *in specie vero in articulo matrimoniali* Cothm. *V. 1. Cons. 1. n. 533.* Hoc autem jus Canonicum clare satis disponit, in spiritualibus patris consensu opus non esse *c. ult. d. judic. in 6to.* ibi: *quamquam in potestate patris existas, nequaquam requiri debebit assensus.* Hinc etiam invito patre monasterium ingredi potest *l. 56. §. 1. C. d. Episc. & cleric.* matrimonium vero est causa spiritualis, imo Romano-Catholicis sacramentum *c. debitum 5. X. d. bigam. non ordin.* Quibus accedit *cap. cum causam 6. X. d. rapt.* ubi matrimonium non tantum insciis parentibus initum, sed & ipse 22. 23.

raptus toleratur, si raptor raptam cognoverit. Accedit trita juris Canonici regula: Copulam carnalem purgare clandestinitatem *c. 3. & 6. X. d. condit. appos.* Brückner. *in Dec. matrim. c. 2. n. 82.* Wesemb. *ad ff. tit. d. R. N. n. 8.* Carpzov. L. 2. *d. 60. n. 10.* Hinc matrimonium injustum, est matrimonium. *l. 13. §. 1. ff. ad* L. *Jul. d. adult.* Harpr. *ad pr. J. de Nupt n. 125.* Id qvod clare confirmat *d. c. 6. X. d. Condit. appos.* ubi sponsalia, concubitu firmata, valida, licet pater statim contradixerit. add. *cap. 12. X. d. regular. in fin.* Ne vero de hac opinione juris Canonici dubites (19.) Ipsi Pontifices Roma-
25. ni suum jus in Concilio Tridentino explicant & clarè disponunt: parentum consensum non esse absolutè necessarium ad nuptias liberorum Conc. Trid. *Sess. 24. d. Reform Matr. cap. 1.* ubi anathemate damnat, qvi affirmant, matrimonia à filiisfam. sine consensu parentum contracta, irrita esse.

Qvod deniqve confirmat Constitutio Imperii
26. Recessus scil. à Car. V. promulgatus, in Comit. August. Anno 1548. tit. Vom Sacrament der Ehe 21. §. Darum dieweil 9. ibi: Darum dieweil die Väterliche Gewalt dieser Vereinigung des Ehestandes von Rechtswegen weichen muß / soll man die nicht hören / die zu unsern Zeiten wollen / daß die Ehe oder versprochene Heyrath / wiederum zertrennet werden / und nicht gelten sollen / wo der Eltern Bewilligung nicht dabey gewesen ist.

Ut ut vero adductæ rationes & autoritates maximi vide-
27. antur esse momenti, tanti tamen non sunt, qvin plurimi & Theologi & JCti, integræ Facultates, Collegia ac Consistoria, contrariam sententiam longe deprehenderint æqviorem, veriorem ac legibus rationiq; rectæ convenientiorem, ut magis recepta dici possit opinio, juxta Carpz. L. 2. *def. 60. n. 17.* ibi: *Attamen Consistorium Supremum Dresdense non semel pronunciando in contrariam ivit sententiam, ut non malè fortassis aliud hodie receptum quis dixerit.* Nec frustra omnium hodiernorum Germa-

manorum Practicorum Patrem & Anteſignanum hoc ſcri-
pſiſſe ex ſeqventibus, ex parte patebit. Ex Theologis noſtræ
Eccleſiæ celeberrimis adduco B. Brochman. *in Syſtem. Theol.* 28.
Tom. 2. Art. d. ſponſal. 25. cap. 4. qv. 12. ibi: *Theologi non pauci,*
itq; magni nominis, & JCti præſtantiſſimi ſtatuunt, quod poſt con-
ſuetudinem carnalem, non amplius autoritate patriâ reſcindi poſ-
ſent conjugia, cum ſit habenda ratio mulieris jam vitiatæ. Sunt
tamen qui contrarium ſtatuunt, rationibus nixi duabus, iisque ut
mihi videtur, validiſſimis, nec facilè ſolubilibus. Cui jungo ce-
leberrimum qvondam Jenenſium Doctorem Johannem Ger-
hardum *in Loc. Theol. Loc. de Conjugio §. 74. §. 99.* ibi: *Si pater*
ſtricto jure agere velit, poteſt diſſolvere liberorum matrimonia abs-
que conſenſu ſuo contracta, ſed ex æquitate, & ad præcavendum
majus malum NB. qvandoqve perſvaderi poteſt, ne jus ſuum ſe-
vere exerceat & §. 146. ibi: *ſed ſi pater urgeat jus patriæ poteſta-*
tis confirmatum expreſſâ lege divinâ Exod. 22. v. 16. non poterit
cogi ut ſtupratori filiam elocet. Conſpirat Qvenſted. *in ſyſt. Theol.*
part. 4. c. 14. d. Conjug. ſect. 2. qu. 1. in obj. 5. Scherz. *in ſyſt. Loc. 27. d. Con-*
jugio §. 9. pag. 790. ibi. *Si copula carnalis interceſſerit NB. ſva-* 29.
dendum eſt parentibus, ne jure ſuo ſtrictè utantur Dunte. *d. Caſ.*
Conſc. cap. 19. d. Conjug. qu. 26. ibi: Die Eltern können nicht ge-
zwungen werden / ob ſchon die fleiſchliche Vermiſchung hinzukom-
men / in dis ohnihr Wiſſen geſchehenes Ehegelübd zu willigen. Idem
probat Facult. Theol. Jenenſis apud Dedeken, *V. 3. L. 2. ſect.*
4. n. 21. ibi: folget demnach / das ſolche heimliche Verlöbnüſſen der
Kinder / ohne der Eltern Vorbewuſt aufgerichtet / durch die fleiſch-
liche Vermiſchung / welche an ihr ſelber gleichfals Unrecht / und
göttlicher Ordnung zu wieder / nicht können bekräfftiget noch *ratifici-*
ret werden. Quod reſponſum d. 16. Januar. Anno 1621. à Fa-
cultate Theolog. Lipſienſi comprobatum fuit Dedeken.
d. l. n. 23. Simile judicium fuit Conſiſtor. Witteberg. apud De-
dek. *d. l. n. 34.* ibi: es möchte denn Lohrentz / des Beklagten Vater / 30.
ſein Gewiſſen reinigen / und eydlich betheuren / das er durch ſeine
Wiſſenſchafft / in ſolche Ehe nicht verwilliget hette / auff ſolchen Fall

wüꝛde beklagter von der Klägerin/ und ihrer Bitte/der Ehe halben/ *abſolvirt*, und damit der Obrigkeit die Straffe/ deßgleichen auch der Frauen und ihrem Kinde ihre Rechte der Schwächung und *Alimenten* halber fürbehalten. Et! ſponſalia clandeſtina non tantum concubitu, ſed & prolis procreatione firmata, ex patris diſſenſu reſcinduntur add. varia præj. Conſiſtor. ſuprem. Dresdend. penes Carpz. L. 2. *def.* 60. *n.* 19. ubi ſic pronunciatum refert. *d.* 14. *Decemb.* 1638. *d.* 25. *Sept.* 1644. *d.* 17. *Mart.* 1648.

31. Nec JCti ab hac ſententia abhorrent, eandem enim defendunt Cothman. *V.* 1 *Conſ.* 1. *n.* 198 *ſeq.* Ungepauer. *Exerc.* 3. *Qu.* 7. *in nego* Gerhard. *Dec* 2. *Qu.* 4. Fibig. *ad Frantzk Exerc.* 2. *in Semidec. Qu.* 3. Donell. *Enucl. Lib.* 13. *cap.* 20. *lit. V.* ibi: *Nec concubitu convaleſcunt, contraria ſententia & falſa & abſurda.* Alber. Gentil. *Lib.* 4. *d. Nupt. cap.* 7 Oldendorp. *Claſſ. act.* 4. *act.* 26. *in defenſ. rei convent. pag m.* 592. *ſeq.* Hunn. *Reſolut. Lib.* 1. *Tr.* 3. *qu.* 17. Conſil. Tubing. *Vol.* 4. *Conſ.* 256 *n.* 34. *ſeqq.* Arniſæus *d. J. Connub. c.* 3. *ſect.* 9. *n.* 24. Duaren. *in Comment. ad Tit. Solut. matrim. tit. de nuptiis loco* 2. *quomodo nuptiæ contrahantur qu.* 2. *pag. m.* 246. Bechſtad. *Tr. d. Condit. ſponſal. p.* 1. *c.* 2. *n.* 17 *ſeqq.* Brouwer. *d jur. Connub. Lib.* 1. *c.* 13. §. 4. 5. Richt. *Dec.* 8. *n.* 93. ibique præj. Facult. Theol. & Jurid. ibi: auch dahero die Eltern hierinn / ungeachtet/ das Beyſchlaffen darauf erfolget / hernachmahls zu bewilligen nicht benöthiget/und gezwungen werden ſollen. Joh. à. Sande *in Dec. aur.* L. 2. *T.* 1. *def.* 4. *ibiq. præj.* Conſil. Argent. *V.* 1. *Conſ.* 54.

32. Simili modo J. H. v. Gr. ab actione matrimoniali à M. S. Fr. inſtituta, propter patris diſſenſum Lipſiæ d. 10. Jan. 1684. abſolutus eſt, licet hic filius familias ſuæ ſponſæ, in præſentia matris ſponſæ, & Chiliarchæ ſolenniter matrimonium promiſerit & ſtipulatus ſit, de patris conſenſu impetrando, Das Er des Vatern Conſens ohnfehlbahr zu ſchaffen ſich anheiſchich gemachet / tandemqve ſponſalia copula carnali & prolis procreatione confirmaverit, dictaqve M. S. Fr:

Fr. Consiliarii Regiminis in Pomerania Electorali filia, ac honestis cæteroqvin moribus fuerit. Qvæ sententia à Giessensibus d. 12. xbr. 1687. confirmata est. Simili ratione à Facult. Jurid. Rostoch. d. 9. Maj. 1691. ad reqvisit. Regiminis Cellensis in causa Marie Margrethen Schröders contra Wilhelm Friderich Södern responsum est: Das beklagter von angestelter Klage zu entbinden. Licet reus convictus & confessus fuerit 1. qvod actrici matrimonium promiserit. 2. *sanguinis sui subscriptione* confirmarit 3. aliqvoties eam carnaliter cognoverit 4. sanctè pollicitus sit: sein Vater werde hierin nicht zuwieder seyn. Ex patris tamen dissensu, à matrimonio absolutus est. Eodem modo d. 19. Mart. anno 1695. Ab hac Facultate Rostoch. ad reqvisitionem Consistorii Berolinensis, in causa Eva Cathrinen Pfauen / contra Gottlieb Augustin Petzolden. Responsum: Daß beklagter von consummation der Ehe loß zu sprechen. Licet reus sæpius promisisset matrimonium, aliqvoties carnaliter se commiscuisset, & prolem ex actrice suscepisset, *imo consensisset, ut pastor ecclesiæ à stuprata rogaretur, ut benedictione sacerdotali matrimonium consummaret.* Idqve propter patrem intervenientem, & dissolutionem instanter urgentem. 33.

Hæc posterior opinio, uti autoritatibus ac præjudiciis, ita etiam rationum ponderibus illustris, qvarum princeps est: qvod hosce fornicantes non Deus, sed Diabolus conjunxerit: Cothman. V. 1. *Ref.* i. *n.* 26. ibi: *etiamsi copula carnalis intervenerit, cum non Deus illos qui contra ipsius verbum matrimonium inierunt, sed Satan conjunxerit.* Oldendorp. *Class. act. 4. act. 26. in def. rei. pag. 594. ibi. qui autem contra legum ordinationem, invitis parentibus coëunt, eos Satan conjungit.* Duaren. *ad Tit. solut. matrim. tit. d. Nupt. loc.* 2. *circa fin. pag.* 246. Haberkorn. *Dec.* 128. *pag.* 213. *seq.* Bruckner *in Dec. matrim. cap.* 2. *n.* 95. Gerhard. *ad Inst. Dec.* 2. *qu.* 4. Donell. *enucl. L.* 13. *c.* 20. *lit.* I. Idemque sentit. Qvensted. 34.

Theol.

35. Theol. Witteberg. *system. theol. part.* 4. *c.* 14. *d.* Conjugio *sect.* 2. *qv.* 1. *in Obj.* 5. ibi: *Si vel maximè copula carnalis accesserit, non habet Deum autorem, neque enim per media divinitus instituta, sed per insanam libidinem conciliatum.* Gerhard. *in Loc. Theol. Loc. d. Conjug.* §. 63. ibi. *Conjugium à liberis citra consensum parentum initum, est contractus illegitimus & legi divinæ repugnat. Ergo est per se irritus, & à Judice Christiano irritus pronunciari potest.*

36. Deus enim id copulat ac ratihabet conjugium, qvod ritè & honestè initum Hill. *ad Don. Lib.* 13. *c.* 20. *lit. R.* Omnium vero prohibitarum commixtionum autor est Diabolus. Et eodem argumento omnes nostri Theologi, contra Pontificios, utuntur, si hi, re adhuc integra, concubitu nondum secuto, urgent matrimonii vinculum, qvod ex pura conjugii promissione, resultat, permittentes *scil.* tale matrimonium, non à Deo, sed Diabolo esse Chytræus *ad Lev. c.* 18. *pag.* 377. ibi: *Scimus autem à Deo conjunctos dici eos, qui juxta ordinationem ad mandatum Dei copulantur: alioquin adulterum & adulteram divinitus junctos dixerint: At qui contra voluntatem parentum, pacisc untur contra Dei ordinationem & mandatum delinquunt, juste igitur, & Divina authoritate dirimuntur.*

37. Simili modo contra desponsationes clandestinas argum. Martin. Chemnitius *in thes. suis contra clandestin. desponsat. th.* 9 *pag. m.* 251. ibi: *Clandestinæ desponsationes, qvia manifestè pugnant cum mandato divino non sunt divina conjunctio sed machinatio, & NB. opus Diaboli turbantis ordinem divinitus sanctum* & th. 30. pergit idem Chemnit. *Retinemus igitur Lutheri sententiam, & fundamenta, clandestinas desponsationes esse impias & damnatas, qvia pugnant cum mandato Dei. Et ideo illas nec posse, nec debere tribui ullam virtutem, ullum robur, aut valorem, qvia NB. ex machinatione & opere Diaboli non potest fieri divina conjunctio, nisi dissolvantur opera Diaboli.*

Qvodcunqve enim matrimonium non est conforme divinæ

vinæ institutioni ac divinis legibus, illud non est verum ac ratum matrimonium, atqvi tale est conjugium liberorum citra parentum consensum initum. E. ut verbis conceptis argumentatur Gerhard. *Loc. d. Conjug. §. 63. in ult. verbis.*

Qvod cum ita sit, (2.) fœda corporum commixtio, 38.
actum Diabolicum non poterit Deo reddere charum & acceptum. Imo absurdum, rem per se illicitam, aliâ magis illicitâ adjuvari. Donell. *enucl. Lib. 13. cap. 20. lit. V.* Hunn. *in resol. L. 1. Tr. 3. qu. 17. rat. 2.* Joh. à Sande L. 2. *Tit. 1. def. 4. §. IV. Sic argumentatur* Fibig. *ad Fr. Ex. 2. semid. qu. 3. n. 3.* ibi: *absurdum vitiosum per aquè vitiosum purgari* Schwendendörf. *ad Eckolt. ad ff. tit. d. Nupt § 4. adv. d. jure civili.* Et contraria sententia admissâ, 39.
(3.) aliud inconveniens oritur, delinqventibus scil. viam monstrari exequendi suam malitiam Brochman. *in syst. theol. art. d. sponsal. 25. cap. 4. qv. 12.* Qvem seqvitur Dunte *in cas. consc. Tit* von Ehestand *qv. 18. fol. 814.* Ex JCtis hanc rationem urgent. Fibig. *ad Fr. Ex 2. Semid. qv. 3. n. 11.* Gerhard. *Exerc. ad inst. qv. 4.* Haberkorn. *Dec. 128. pag. 214.* Bechstad. *Tr. d. condit. sponsal. n. 17.* ibi: *secus si statueretur, ad omnia flagitia fenestra aperiretur &c.* Joh. à Sande *Dec. L. 2. Tit. 1. def. 4. circa fin.* Dicta confirmat (4.) text. *Exod. 22. v. 17.* in manu 40.
parentum ponens, vitiatam stupratori dare vel non dare. Brochman. *d. qu. 12.* Et cum text. generaliter loqvatur, intelligendus qvoqve de casu, si stuprator stupratam petat, vel eam spe matrimonii compresserit, cum matrimonii blanditiis communiter stupratores uti soleant Gerhard. *Loc. Conjug. §. 63. vers. Et quis patietur.* Hinc Sichem, post concubitum cum Dina, patris expetebat consensum. *Gen. 34. v. 11.* Brochman, *d. l.* Haberkorn. *d. Dec. 128. pag. 214.* In quocunque enim conjugio deest aliquid, ad ipsam conjugii essentiam pertinens, illud non potest esse legitimum, ratum ac firmum, ut iterum argumentatur Gerhard. *d. §. 63. in med.*

Nec est, quod alleg. text. *Exod. 22. v. 17.* restringas ad vi- 41.
tiatæ parentes, diversum pronunciaturus de vitiatoris patre

Dunte *de cas. conse. Tit.* Von Ehestand *Qu.* 26. ibi: man möchte auch sagen: solche obgesetzte Gesetze seyn von den Töchtern gegeben; aber solche Einrede ist auch von keiner Würde / denn *idem jus patris in filios, & filias*, und wird *sexus fœminæ* darum im Text gedacht und genant / weil derselbe als *imbecillior*, öffters von Mannbildern betrogen und verführet wird. Simili modo de stupratoris patre judicatum à Consist. Witteberg. apud Dedeken. *Vol.* 3. L. 2. *sect.* 4. *n.* 34. *fol.* 122. Idemque responsum à Facult. Theol. Jenensi apud Dedeken. *d. V.* 3. L. 2. *sect.* 4. *n.* 21. Quod judicium, cum pleraqve nostra fundamenta repetat & confirmet, ejus concepta verba, ex parte, referre lubet: ibi: I. Was an
41. und vor sich selbst unrecht / und göttlicher Ordnung zu wieder lauffe / das kann durch fleischliche Vermischung / welche nicht weniger auch Unrecht und Gottes Befehl zu wieder / keines weges kräfftig und verbindlich gemachet werden. &c. II. Wenn eine Ehe soll kräfftig und bündig seyn / so muß sie von GOtt dem HErrn / alß dem Stiffter dieses Ordens herrühren / daß man mit Grund der Wahrheit von einer solchen Ehe sagen kann / was Gott zusammen gefüget / das soll ein Mensch nicht scheiden. *Matth.* 19. *v.* 4. Nun aber kan man von solcher Ehe / welche die Kinder ohn der Eltern Vorbewust / und Einwilligung aufrichten / nicht sagen / daß Sie von GOtt herrühre / wann schon die fleischliche Vermischung darzu kommen &c. IV. *Quod æque est illicitum & contrà præscriptum legum, non potest confirmare id, quod jam ante erat illicitum* &c. V. Wann durch die fleischliche Vermischung / die heimliche Eheverlöhnüs der Kinder / so noch unter väterlicher Gewalt seyn / *ratificiret* / und bekräfftiget würden / das sie nicht könten *dissolviret* werden / so würde dieser Unrath darauß folgen / das ein böser Bube / eine ehrliche Dirne / mit glatten Worthen könte bereden / und durch verbothene Mittel / auß der Eltern Gewalt setzen. Und hinwiederum / das einer frechen ehrlosen Dirn eines ehrlichen Mannes Sohn gleichfalß zu verführen / und auß des Vatern Gewalt loßzuwürcken freystünde / dadurch dann zu Sünde und Schande Thür und Thor eröffnet würde.

So

So könten auch Kinder / so in verbohrtener Brunst stecken / und doch die Eltern zu ihren *Consens* nicht bewegen können / dies Mittel ergreiffen / und wieder der Eltern willen / in den Ehstand sich begeben. Dadurch endlich das vierdte Geboth mit Füssen würde getreten werden. Quod præj. eo lubentius adducere volui, quia non tantum à JCtis Jenensibus Dedek. *d. l. N.* 22, sed & à Facult. Theol. Lips. Dedeken. *d. l. N.* 23. (Quanquam in dato error sit Commissus) & à Facult. (ut opinor jurid. Lipsiensi) adprobatum sit Dedeken. *d. l. n.* 24.

Et (5.) Ut paucis me expediam: per quodcunque matrimonium, Lex divina violatur 2. Pax Domestica turbatur 3. Salus liberorum in præsentissimum discrimen adducitur (4.) Conscientiæ conjugum misere illaqveantur 5. Libidinibus fenestra aperitur 6. Autoritas parentum lebefactatur 7. Honestas publica conculcatur 8. Leges civiles despectui habentur 9. Id qvod furto pejus est ac deterius, justum pronunciandum est, id matrimonium non est tolerandum, sed rescindendum, annulandum. Atqvi matrimonium liberorum sine parentum consensu initum, est tale matrimonium. E. Major per se patet. Minor non meis sed celeberrimi Theologi Joh. Gerhardi *in loc. Theol. d. Conjugio §. 74.* verbis, est concepta, Eademq; ferè repetit & probat Joh. Andreas Qvensted. *in system theol. part 4. cap. 14. d. Conjugio sect. sect. 2. qv. 1. pag. 455. seq.* cujus singula membra, si dissertationis modus id ferret, facile probari possent, ergo conclusio firma. 43.

Hæc sunt B. L. qvæ in utramq; partem disputata legerim, Nos distingvimus inter puellam scientem sponsi parentem adhuc in vivis esse, & inter puellam ex justa & probabili causa hoc ignorantem vel errantem. Prior puella sciens parentes filiifam. adhuc vivere nec consensisse in sponsalia filiifamil. ex secuto concubitu, non tantum nullum præmium vel fundamentum suæ intentionis petere potest, ut potius duplicem pœnam, ex hac confessione propriæ turpitudinis mereatur, delictum enim est, & contra omnes pias leges, 44

cum filio-fam. ſponſalia inire, inſcio patre filiifamil. Majus adhuc delictum eſt, contra ordinationem eccleſiaſticam ac Dei ordinationem, ante patris conſenſum, ſe carnaliter commiſcere. Ut ſi unquam, certe de hac fœmina dici poſſit: *Non eſſe excuſationem illi, qui dum leges invocat, contra eas committit*, ut loquitur in ſimili Thryphoninus in *l. Auxilium*
45. *37. infin. d. Minor.* Atqui inſtas: filiumfamil. præſumi doloſis perſuaſionibus deduxiſſe fœminam. Reſp. In apertis & certis nulla locum habet doloſa perſvaſio, ſed fœmina ſe ipſam decipit *l. Ea quæ commendandi 43. §. 1. in fin.* ibi. *in quo ſe ipſe decipiebat. ff. d. Contrab. emt.* Ut miret, tam abſurdam doctrinam purioris evangelii doctrinæ addicto, unquam in mentem venire potuiſſe: *ſuccurrendum eſſe vitiatæ, quia in corpus ſuum ſciens volensque peccavit.* Quaſi vero fœminis, ſi in corpus peccent, præmia ſint conſtituta, vel per furtivos, clancularicos, & Diabolicos complexus matrimonii via ſit pandenda. Idemqve dicendum, ſi parentes filiifamilias fœminæ ejuſve parentes certiores reddiderint, de diſplicentia, quod in nuptias filiifamil. cum hac puella conſentire nolint. Hahn. *ad W. tit. de ſponſal. in fin.* Bechſtad. *Tr. d. condit. ſponſal. part. 1. cap. 2. n. 15. ſeq.* Et Elect. Saxon in. Reſcript. ſub dato Zabel. tit. den 16. Novemb. 1648 ibi. ſolche ſeine Eltern auch das Werbesbild oder dero Eltern und Anverwandten vorhero nicht verwarnet/ qvod intelligo ſi parentes ſciverint, filium ambire puellam, alias ipſi deſponſandi implorare debent conſenſum, ante ſponſalia, nedum ante concubitum *pr. J. d. Nupt.* qvod thema latè & accuratè pertractat Martin. Chemnit. *in Diſp. theol. ult. cui Tit. contra clandeſtinas deſponſationes.*

46. Si vero fingas puellam falſis literis, manum & conſenſum patris mentientibus, vel ex alio juſto & probabili errore ſeductam eſſe à filiofamil. ut ſpe matrimonii concubitum admiſerit, æqvum agnoſcimus, ut pater, in qvem ſtuprata non peccavit, nec peccare voluit, cogatur conſentire in nuptias, vel ejus loco magiſtratus ſuppleat conſenſum. Hæc enim

enim qvodammodo favore digna, & ei à filiofam. satisfacien-
dum, cum vero virginitas læsa vix admittat aliam satisfactio-
nem, hinc ad consummandum matrimonium hoc casu co-
gendus est.

Ad hanc probabilem opinionem foeminæ refero 47.
casum, si parentes filiifamil. sciant arctam conversationem
filii cum puella, nec tamen contradicant, præsumtivè enim
consensisse videntur. *arg. l. 7. §. 1. ff. d. sponsal.* Et hac ratione
pleriq; prudentiores hodie sententiam suam restringere
solent. Sic responsum à Scabinis Lipsiens. M. Octobr. 1690
ibi: Wie denn dieses in denen Sächsischen *Consistoriis* beobachtet/
und der Eltern *contradiction* nur auf solchen Fall hinten-angesetzet
wird/ wenn Sie von der *conversation*, welche ein Kind mit der Per-
son/ mit welcher es sich fleischlich vermischet/ gepflogen/ gute Wis-
senschafft gehabt und nicht darwieder gesprochen. Simili ferè mo-
do JCti Jenenses pronunciarunt Mens. Novembr. 1690. ibi. 48.
Daß die *Consistoria* auf Vollziehung der Ehe zu erkennen pflegen/
wenn 1. Ihr Kind darauf beruhet/ das es die Ehe gleich wohl mit der
geschwächten vollenziehen will. 2. Dieselbe ihm an Stande nicht gar
ungleich/ und 3. guten Gerüchts und Leumuth ist 4. die Eltern um
die enge und verdächtige Gemeinschafft ihres Kindes/ mit solcher
Person gewust/ und dasselbe davon nicht abgemahnet/ wie diese
Umstände bey dem Carpz. L. 2. *def. 60.* in einen daselbst angeführ-
ten *rescripto* zubefinden &c. Paucis: qvicqvid juris in sponsali-
bus, sine concubitu, celebratis, idem qvoqve juris, in sponsali-
bus, copulâ carnali firmatis. Nisi qvod hic fœminæ, qvæ in
justa ignorantia fuit, plenius sit succurrendum.

Restat responsio ad contraria. Et (1) qvidem ratio est 49.
mera petitio principii. Actus vero contra legem gestus (2.)
regulariter est nullus *l. 5. C. d. LL.* nisi speciali lege confirme-
tur, Hunn. *in Resol.* L. 1. *Tr. 3. qv. 17.* qvalis hic deficit, ergo
manendum *in d. l. 5.*

Rat. dub. (3) negatur *vid. n. 34. b. sap.* Ad 1. *Cor. 6. v. 16.* Resp. u- 50.

nam carnem sumi, pro communicatione corporis & spiritus vitalis, non vero pro indissolubili vinculo, cum alias omnis commixtio carnis induceret matrimonium. Certaq;
51. sententia, qvod talis illegitima & contra Dei hominumqve ordinationem facta conjunctio sit rescindenda. Nec minus certa sententia: non minorem favorem esse dissolvere matrimonium, contra legem Dei contractum, qvam pro matrimonio legitimè contracto pronunciare Cothm. *V. t. Resp. 1. n. 428.*

52. Textus *Deut. 22. v. 28.* (5.) intelligendus est de homine sui juris Schilt. *ad ff. Ex. 3. th. 12.* Si vero stuprator, vel stuprata, in parentum adhuc fuerit potestate, horum arbitrium expectandum *Exod. 22. v. 17.* In (6.) negatur consequentia, qvamdiu enim potestas, modo legitimo, soluta non est, tamdiu filius manet in potestate patris, & huic competit fa-
53. cultas vota filii revocare, *Num. 30.* Ad exempla biblica (7.) resp. Jacobum sua potestate uti noluisse Harpr. *ad. pr. J. d. Nupt. n. 51.* Haberkorn. *Dec. 128. fol 206.* Ipse vero Jacobus generale habebat mandatum parentum, de uxore sibi eligenda, qvalis consensus sufficit. Tobiæ exemplum, si vera esset historia, ex speciali Dei mandato dependet Haberkorn. *Dec. 128. fol. 206.* qvo deficiente, in regula manendum. Ad qvod patris qvoqve accessit ratihabitio.

54. Expedit qvoqve (8.) reipubl. pios liberos habere Sande *in Dec. L. 2. Tit. 1. def. 4.* Ungepaur. *ad L. 4. Decret. Tit. 1. n. 18.* eademqve salus reipubl exigit, ut suum cuiqve tribuatur *§. 3. J. d. t. & t.* Donell. enucl. *L. 13. c. 20. lit. T.* reipubl. deniqve interest, ut leges sint sanctæ *§. Sancta 10. J. d. R. Div.* Nec (9.) Vitiata, qvæ sciens volensq. peccavit ullum meretur favorem Bechstad. *d. Condit. sponsal. par. 1. cap. 2. n. 30.* Gerhard. *Exerc. 2. ad J. qv. 4.* cum fœminis scientibus & dolose agentibus jura no-
55 stra non succurrant *l. Si decipiendi animo 30. ff. ad SCt. Vellej.* Liberi autem ex tali coitu nati, nullam legitimitatem habent

pr. J.

pr. l.d. patr.pot. adeoqve (10.) nulla iis aufertur. Non ſecus ut ex ſervis natis, non adimitur ingenuitas, Nec (11.) Viatiatæ parentibus & familiæ ſatisfieri poterit, eum legum transgreſſione, & innocentium damno. Major ratio totius eccleſiæ, legumque ſanctitati habendum, quam privatæ injuriæ. Sande *Dec. L. 2. T. 1. d. 4.* Ut vero ſtuprator, ratione ſtupri ſatisfaciat, non negamus. Hinc (12.) ſalus eccleſiæ & reipubl. præferendâ ſaluti ſtupratæ. Si vero (13.) fingas ſtu- §. 6
pratam ejusque parentes extra culpam eſſe, largimur, illis plenè ſuccurrendum eſſe. Alias (14.) ſtuprata in aliam ſatisfactionem conſenſiſſe videtur, uti à marito ſpe matrimonii compreſſa duci nequit, licet ſpem matrimonii fecerit maritus, ne qvidem uxore priore mortua. *c. 6. X. d. eo qui dux. in uxor.* Simili modo, ſui furtum faciens, matrimonium promittere non poteſt Oldend. *Claſſ. act. 4. act. 26. in def. rei rat. 4. pag. 593.* ubi addit: *Et huic rationi eſt impoſſibile reſponderi abſque calumnia.* Moneri tamen (15.) poteſt pater, ne poteſtate 57.
ſua utatur, non tamen cogendus. *Lex 1. §. fin. ff. d. lib. exhib.* intelligenda de matrimonio conſenſu patris inito. per *l. 1. ff. d. R. N.* culpa autem, qvæ patri ſtupratoris objici poteſt, ſimili modo objicienda venit patri puellæ, cum in hac major requiratur caſtitas.

Porro (16.) patris intereſt reſcindi matrimonium, qvo 58.
filium in ſua retineat poteſtate, vel ne patri invito obſtrudatur alia perſona in familiam. Autoritas Pauli (17.) nulla eſt, imo crimis falſi reus eſt, qvi eam ad hoc negotium deciden- 59.
dum allegat, per text- expr. *l. 2. §. 19. C. d. V. J. E.* Ad J. Canoni cum (18.) reſpondetur in genere, in hac qvæſtione Proteſtantes ſeqvi jus civile Hunn. *in Reſol. l. 1. Tr. 3. qv. 17. in fin.* Bechſtad. *Tr. d. condit. appoſit. part. 1. cap. 2. n. 19. in fin.* In ſpecie vero reſpondetur ad *cap. 6. X d. raptor.* primo, illud cap. agere de caſu, qvo parentes conſenſerunt in ſponſalia, reclamarunt vero raptui. Qvæ ſententia probatur (a) Autoritatibus Al- 60.
ber

ber. Gentil. L. 4. *d. Nupt. cap.* 7. Haberkorn. *Dec.* 128. *pag.* 210. ibi: *parentes non reclamasse nuptiis, sed abductioni.* Joh. à Sande *L.* 2. *T.* 1. *def.* 4. §. *quod attinet* Hillig. *ad Don. L.* 13. *c.* 20. *lit. S.* Probatur (6.) hæc explicatio verbis textus, & quidem ratione decidendi; ibi: *raptus dicitur, ubi nihil antè de nuptiis agitur,*
61. ergo supponit Papa hic ante raptum, de nuptiis fuisse actum. Idem probant verba textus, *& prius eam desponsaverit,* verba vero cum effectu intelligenda ut actus præsumatur solenniter gestus *arg.* §. *fi scriptum* 17. *J. d. Inutil. stipul.* probatur (c.) ex rubricâ, quæ est de raptoribus. Adeoque de raptu tantum quæsitum fuisse præsumtio est, non de desponsatione clandestina. Deniqve (d.) Idem confirmat *c. ult. d. rapt.* quod immediatè excipit objectum *cap.* 6. *In d. cap. ult. legitima ad contrahendum ut sint personæ, requiritur.* Liberi vero in potestate constituti non sunt legitimæ personæ ad contrahendum matrimonium, si parentes reclament. Si vero
62 hæc tibi non placeat, ut varia sunt hominum ingenia, responsio, secundo aliam exhibet Donel. enucl. *L.* 13. *c.* 20. *lit. S.* Bechstad. *condit. appos. part.* 1. *c.* 2. *n.* 19. Intelligendum esse, *d. cap.* 6. de parentibus, qui liberos suos jam emanciparunt. Si vero generalitas textus hanc tibi reddat difficilem interpretationem, novam & tertiam tibi suppeditabo conciliationem,
63. quam tamen hactenus, apud Doctores non observavi. *cap.* 6. Icil. agit de casu, quo filia, ex dissensu parentum, dissolutionem urget. Supra autem *cap.* 2. *n.* 33. docuimus: Liberos ipsos ex dissensu parentum non posse repudium vel divortium impetrare, ergo nec ista mulier, *cap* 6. invito marito,
64. solvere poterat conjugium. Ad *cap.* 6. *X. d condit. appos. resp.* parentes in *d. cap.* maturè non contradixisse. Reliqua dubia juris Canonici sicco prætereo pede. Concilium v. Tridentinum, (19.) inter Protestantes autoritate caret vid. Resp. Colleg. juridici Jenensis penes Cothman. *V.* 1. *C.* 1. *n.* 615. ibi: *quippe quod ne religione fidei, nec vi bruti fulminis orthodoxam ecclesiam sibi ullo modo obligatam habet.* Colleg. Argent. *tit. d. R. N. th.* 5.

N. th. 5. in fin. Nec inter Romano-Catholicos ubiqve receptum, cum multi videant, & olim viderint iniqvitatem hujus constitutionis Papalis. Vid. Petr. Svavem. in Histor. Concil. Trid. Lib. 8. fol. 835. ibi: *In congregatione vespertina Oratores Galli petitionem quandam, nomine Regis sui legendam curarunt, ut filiifamilias, sine parentum consensu matrimonium aut sponsalia contrahere non possent. Idq; filii tentarent, tum in potestate parentum esset, contractum ratum aut irritum pro arbitrio suo facere.* Et paulo post, eadem pag. 835. addit: *Haud ita de clandestinis successit negotium, nam* C XXXVI. *e Patribus ea pro nullis habenda censuerunt,* LVII. *contrariam opinionem tenuere, & X. quâ essent sententiâ declarare nolebant.* Et ipsi legati Italorum primarii judicabant: supervacaneum esse, tractare, sive cum Gallis, sive cum Hispanis, qvod omnes essent ejus opinionis, *Clandestina matrimonia irrita decernenda esse,* sunt verba Svavis *d. l. fol.* 846.

Ad Carol. V. declarationem, anno 1548. promulgatam (20.) respond. eam nomen recessus Imperii non mereri, cum non tantum omnes Protestantes, sed etiam qvidem Romano-Catholicorum contradixerint Bruckner *Dec. matrim. cap. 2. n. 105.* vid. pluribus Joh. Scleidan. *in Comm. Lib. 21. ad annum 1548. pag. 629.* ubi refert, solius Maguntini consensum & gratiarum actionem à Carolo V. pro communi & assensu, & approbatione, habitam fuisse Et pag. 640. refert: Electorem Saxoniæ Joh. Fridericum, ne qvidem in captivitate Interim hoc approbare, vel liberis suis svadere voluisse, ut approbarent. Cum communiter tunc temporis proverbii loco dictum sit: Das Interim, hatt einen Schalck hinter Jhm.

Ultimo deniqve loco ad autoritatem Lutheri & Melancht. respond. non meis sed Theolog. Jenensium verbis, apud Dedeken. Vol. 3. *Lib. 2. sect. 4. n. 21.* ibi: Das aber *Lutherus, Philippus,* und andere Theologen in wiedriger Meynung zu seyn scheinen/ gehet keines Weges dahin/ als solten die heimlichen Verlöbnissen/ so die Kinder ohne der Eltern Vorbewust auffgerichtet/ durch fleischliche Vermischung ratificiret werden/ sondern Sie geben ihren Rath/ wie in gewissen Fällen/ nach Gelegenheit der Umstände/ zu Verhütung gröſsers Unheils/ Die Eltern zu persvadiren/ das sie ihre Väterliche Gewalt nicht so hoch urgiren.

Restat ut de effectu alterius consummationis, qvæ fit per benedictionem sacerdotalem videamus. Verum brevitatis studio, dicta de consumatione per concubitum, & hic repetita volo. Difficiliores tamen & Theologi & JCti esse solent, si benedictio accesserit sacerdotalis vid. Dedeken. *Vol.* 3. *Lib.* 4. *sect.* 1. *n. ult.* ibiq; judic. Facult. Theol. Wittenberg. ibi: dann ob zwar solche leichtfertigkeit/ an den *Contrahenten* nicht zu loben/ so ists doch an sich selbst *matrimonium consummatum* &c. & Facult. Theol. Lipsiensis apud Dedeken. *V.* 3. *L.* 2. *sect.* 4. *N.* 41. ibi: So ist doch ausser allen Zweiffel/ und bey allen Evangelischen Kirchen beständiglich *observiret* worden / daß die *benedictio sacerdotalis verè consummatum matrimonium* mache/ und demnach *certissima illius confirmatio* sey/ auch das jenige/ was vorher nicht allerdinges zu probiren/ *per preces deprecando tegiret*/ und das *matrimonium* geheiliget werde. Carpz. *l.* 2. *def.* 60. *n.* 1. 2. Stryk. *ad Brunn. J. E. L.* 2. *cap.* 16. § 5. ad vb. *Ex mera protervia in fin. pag.* 585. ibi: So ist doch billig zu erwegen/ daß doch numehr *post consummationem* diese Heyraht/ hinwieder nicht getrennet werden kan. Rationes illorum sunt (1.) qvod per benedictionem sacerdotalem fiat matrimonium legitimum. (2) Per benedictionem sacerdotalem matrimonium consecrari. (3) Si rescinderetur, actus ille benedictionis sacerdotalis ludibrio exponeretur, scandalumqve daretur multis, qvi benedictionem sacerdotalem floccipenderent. Lipsienses in *d. Judic.*

Frigidiores tamen hæ sunt rationes, qvam ut veritatis amantem in sui trahere possent sententiam. Ratio enim (1.) est pura petitio principii, qvod enim per se injustum & illicitum est, nec per benedictionem sacerdotalem justum & licitum fieri potest. Ad. (2.) Resp. supponendam esse personarum habilitatem, alias nullam consecrationem locum habere, alias sequeretur impotentem non posse repudiari, si benedictio accesserit sacerdotalis. Sequeretur castrati matrimonium, si benedictio sacerdotalis accesserit, non posse rescindi. Sequeretur Raptorem vi metuqve adigere posse puellam, ut sacerdotalem benedictionem admittat, qva admissa, matrimonium rescindi non posset. Ad (3.) Resp. scandalum oriri ex eo, si non rescindatur, cum pessimus qvisqve operam daturus sit, qvo benedictione sacerdotali abutatur.

E. con-

E. contra omnes supra adductæ rationes, etiam hoc nostro casu stringunt; hinc benedictionem sacerdotalem plane non esse attendendam defendimus. Contrarium statuentes ablego ad *Matth. cap. 15. vers. 4. seq.* ibi: Gott hat geboten: Du solt Vater und Mutter ehren. &c. Aber ihr lehret Wer zum Vater oder zur Mutter spricht / wenn ichs opffere so ists dir viel nützer / der thut wohl. Damit geschicht es / daß niemand hinfort seinen Vater oder seine Mutter ehret / und habet also Gottes Gebot aufgehaben / um euhrer Auffsätze willen / ihr Heuchler. Ecce! injustum sacrificium, contra qvartum præceptum, non sacratur per preces sacerdotum, ergo nec votum conjugale per se turpe, illicitum & furtivum, per preces sacerdotum confirmatur. cujus rei veritatem dudum agnovit Fac. Theol. Rostoch. apud Dedeken. *V. 3. L. 2. sect. 4. n. 40.* ibi: Solche *sentenz* und Schluß kan nicht aufheben oder unkräfftig machen die dagegen eingewendete *copula carnalis & sacerdotalis*, & porro: Ist denn etwa eine Ehe an sich nicht recht / oder vollkommen / kann sie die *copula sacerdotalis* nicht verbessern / oder zu einer rechten Ehe machen. Ejusdem tenoris est respons. facult. Theol. Jenensis d. 6. Jul. 1621. apud Dedeken. in *Append. ad Vol. 3. fol. 855.* ibi: das ungeachtet die Priesterliche *Copulation* welche unbedachtsamer weise / in einem fremden *territorio* vorgenommen / und den Mütterlichen *Consens*, so von göttlichen und weltlichen Rechten / auch der Fürstl. Pommerischen Kirchen Ordnung als ein wesentlich Stück des Ehestandes erfodert wird / nicht erstatten können / um anderer in den *acten* befindlichen Umständen wegen / diese *Copulation* für nichtig zu halten / und um Abwendung öffentlicher Aergerniß / auch der entführten Gewissen selbst zum besten / von dem F. *Consistorio* zu Stetin / als dem ordentlichen *judice Ecclesiastico* für nichtig und ungültig zu *declariren* und außzusprechen V. R. W. Idem judicavit ampliss. Facult. Jurid. Rostoch. in resp. sub dato d. 31. Jan. 1689. In causa Elisabeth Seewaldes contra Albrecht Andreas Schultzen. Qvi Schultzen / Hamburgi, insciopatre, tunc temporis propter imputatum delictum absente, cum dicta Seewalden, non tantum sponsalia clandestina celebraverat, sed etiam extra civitatem, per benedictionem sacerdotalem & concubitum, ea confirmaverat, posteavero à patre admonitus, suæ Elisabethæ divortium miserat; Qvæ hoc nomine actionem movebat, sed in hac facultate juridica, ut

&

& Kilonienſi, non obſtante benedictione ſacerdotali, contra matrimonium pronunciatum fuit. Idemqve Jenæ, per modum ſententiæ in hac cauſâ reſponſum. Et licet actrix conſilio Facultatis juridicæ Lipſienſis adjuta, reviſionem actorum impetraverit, matrimonii tamen reſciſſi & nulli validitatem impetrare non potuit. Idqve propter clara verba edicti Hamburgenſis d. 21. Sept. 1676. gegen die Verkuppelung und Entführung publicati. Cujus verba concepta ſunt, ibi: Dafern jemand/ Er ſey Frembd oder einheimſch/ Bürger oder Einwohner dieſer Stadt/ eine getraute oder ungetraute Perſohn Eheweib/ Wittibe Jungfrau/ von was Jahren/ oder *Qualität*/ Er oder ſie auch ſeyn mögen/ ohne Vorwiſſen/ Willen/ und NB. völlige Beliebung der Eltern/ Vormünder/ oder Nechſten Bluts Verwandten/ beides von Vater und Mutter/ in Ehe-Gelöbnüs zu ziehen ſich unterfangen/ und ſelbe *reſpectivè* mit ihren/ oder ohne ihren Willen/ es ſey um unehrlicher oder NB. ehrlicher Liebe/ ihres habenden Geldes halber/ oder was ſonſt für Urſachen ſeyn können entführen/ ſelbe ihm heim- oder öffentlich für oder nach der Verkoppelung/ oder Entführung/ in oder auſſer der Stadt/ von ordentlichen oder frembden Predigern ſich trauen laſſen würde/ daß ſolche Handlung/ ob gleich die Partheyen ſich endlich verknüpffet/ als an ſich nichtig/ krafftloß/ und von keinen würden/ auff *Summariſches* Anruffen/ ſo fort dafür erkläret/ und für keine Ehe geachtet noch gehalten/ ſondern als zu rechte und dieſer Verordnung nach ungültig und unbündig *caſſiret*/ und das Gelübde vernichtet werden ſolle. Einfolgend Vater oder Mutter/ auch Vormünder und Verwandte einem ſolchen Unartigen Kinde und Pfleg-Tochter keinen Brautſchatz zugeben ſchuldig/ ſondern gänzlich es ſey an Erb- oder erworbenen Guthe/ ohne unterſcheid zu enterben bemächtiget/ Vormünder und Verwandten aber Rechnung einem oder beyden zu geben/ oder *reliqua* ausfolgen zu laſſen verbohten/ oder denen andern Miterben/ oder ſonſt die nechſte Anwartung haben/ darzu verbunden bleiben und zu nochmahliger Zahlung gehalten ſeyn ſollen.

Dicta limitamus, niſi, more conſveto, ex publico ſuggeſtu, denunciatio facta ſit. Brunn. *in J. Eccl.* L. 2. c. 16. § 6. ſic enim parentes, qvi denunciationem vel ſciverunt, vel ſcire facile potuerunt, ſi non mâturè contradixerint, conſenſiſſe videntur. Qvibus, hac vice,

DEO gratiis ſolutis, diſſertationi impono

FINEM.

E. contra omnes supra adductæ ratio
stringunt, hinc benedictionem sacer
tendendam defendimus. Contrarium
cap. 15. *vers.* 4. *seq.* ibi: Gott hat geboten:
ren. &c. Aber ihr lehret Wer zum Vater
ichs opffere so ists dir viel nützer/ der thut n
niemand hinfort seinen Vater oder seine
Gottes Gebotb aufgehaben/ ümb euhrer
Ecce! injustum sacrificium, contra qv
cratur per preces sacerdotum, ergo n
turpe, illicitum & furtivum, per precet
cujus rei veritatem dudum agnovit Fa
Dedeken. *V.* 3. *L.* 2. *sect.* 4. *n.* 40. ibi: S
nicht aufheben oder unkräfftig machen die
tarnalis & sacerdotalis, & porro: Ist der
recht/ oder vollkommen/ kann sie die *copul*
oder zu einer rechten Ehe machen. Ejusde
Theol. Jenensis d. 6. Jul. 1621. apud Dedek
ibi: das ungeachtet die Priesterliche Cop
weise/ in einem fremden *territorio* vorget
chen *Consens*, so von göttlichen und weltlic
Pommerischen Kirchen Ordnung als ein
des erfodert wird/ nicht erstatten können/
lichen Umständen wegen/ diese *Copulation*
Abwendung öffentlicher Aergerniß/ auch der
besten/ von dem E. *Consistorio* zu Stetin/
clesiastico für nichtig und ungültig zu *declari*
Idem judicavit amplis. Facult. Jurid. Ro
Jan. 1689. In causa Elisabeth Seewaldes co
zen. Qvi Schultzen/ Hamburgi, insci
pter imputatum delictum absente, cum
sponsalia clandestina celebraverat, sec
benedictionem sacerdotalem & concubi
steavero à patre admonitus, suæ Elis
Qvæ hoc nomine actionem movebat, sec

hoc nostro casu
ne non esse at-
blego ad *Matth*
r und Mutter eh-
r spricht/ wenn
geschicht es/ daß
und habet also
/ ihr Heuchler.
ptum, non sa-
njugale per se
confirmatur.
stoch. apud
ind Schlußkan
mendete *copula*
he an sich nicht
icht verbessern/
espons. facult.
ad Vol. 3. *fol.* 855.
unbedachtsamer
den Mütterli-
auch der Fürstl.
ct des Ehestan-
en *acten* befind-
alten/ und ümb
wissen selbst zum
lichen *judice Ec-*
rechen B. R. W.
sub dato d. 31.
Andreas Schul-
emporis pro-
n, non tantum
civitatem, per
rmaverat, po-
tium miserat;
ate juridica, ut

&

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741716933/phys_0069
DFG